DE REGIMINE CIBI ATQVE POTVS, ET DE CAETERARVM RErũ non naturalium vsu noua enarratio.

AD SERENISSIMVM Principẽ Albertum Cardinalem Reuerendißimũ, & Austriæ Archiducem & cæt.

Dela libra del Coll.o Imperial de la Comp.a de Iesus de Madrid.

AVTHORE HENRICO Georgio Enriquez Lusitano Guardiensi, Olim Salmanticæ publico Philosopho.





CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICAE.

Excudebat Michael Serranus de Vargas.

Anno. 1594.

Tassa.

YO Miguel de ondarça çauala escriuano de camara del Rey nuestro señor de los que en el su consejo residen doy fe que auiendose visto por los señores del dicho consejo vn libro intitulado Enarratio in Auicennę fen. tertię. primi de Regimine cibi atque potus impresso con licencia y priuilegio de su magestad. De pedimiẽto del licẽciado Enrique Iorge Enriquez medico natural de la ciudad de Guarda en el reyno de Portugal tassarõ el precio del dicho libro a tres marauedis y medio cada pliego, y a este el precio y no mas mãdarõ se vẽda el dicho libro: y antes q̃ se venda se ponga en cada vno de los cuerpos q̃ del dicho libro se vendiere este testimonio de la dicha tassa al principio y no se venda de otra manera: y para q̃ dello conste de pedimiẽto de la parte del dicho Licenciado Enriquez medico y mandado de los dichos señores di la presente qual es fecha en Madrid a cinco dias del mes de Iulio de mil y quinientos y nouenta y quatro años y en fe dello lo firme de mi nombre.

Miguel de Ondarça
çauala

POR

§ 2

EL REY.



OR quanto por parte de vos el Licenciado Anrique Iorge Medico natural de la ciudad de la Guarda en el reyno de Portugal, nos a ſido fecha relacion que vos auiades compueſto vn libro de Medicina intitulado de Regimine cibi atque potus, y otro de Artes intitulado Compendium dialecticum, y otro en romãce intitulado Retrato del perfecto Medico, en los quales auiades pueſto mucho eſtudio y trabajo, y auiades gaſtado muchos años, y los dichos libros eran buenos y prouechoſos: atento a lo qual nos ſuplicaſtes los mandaſſemos ver, y allandoſe vtiles para ſe poder imprimir, os mandaſſemos dar licencia para que vos, o quien vueſtro poder tuuieſſe y no otra perſona alguna los pudieſſe imprimir, o hazer imprimir o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quãto en el dicho libro ſe hizierõ las diligencias que la Pragmatica por nos fecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula, para vos en la dicha razon, e nos tuuimoſlo por bien por la qual por os hazer bien y merced os damos licẽcia, y facultad, para que por tiempo de diez años prime-

ros

ros siguientes que corren y se cuētan desde el dia de la data desta nuestra cedula, vos, o la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender los dichos libros que de suso se haze mencion en todos estos nuestros reynos de Castilla, por el original que en el nuestro Consejo sea visto, que va rubricado y firmado al cabo de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro Consejo: con que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original para que se vea si la dicha impressiō esta conforme a el o traygays fee en publica forma, en como por corrector por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impression por el original. Y mandamos al impressor que ansi imprimiere los dichos libros, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro de cada vno de los suso dichos, con el original, al autor, o persona a cuya costa le imprimiere ni otra alguna, para effecto de la dicha correction, y tassa, hasta que primero los dichos libros esten corregidos, y tassados, por los del nuestro Consejo, y estando ansi y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y en el seguidamente, pōgā esta nuestra licencia y priuilegio, y la approuacion, y tassa sopena de caer e incurrir en las penas cōtenidas en

la dicha Pragmatica y leyes destos nuestros rey-
nos, y mandamos que durante el dicho tiempo,
persona alguna sin vuestra licẽcia no los pueda im
primir ni vender, sopena que el que los imprimie-
re aya perdido, y pierda todos y qualesquier li-
bros, moldes y aparejos q̃ de los dichos libros tu-
uiere, y mas incurra en pena de cinquẽta mil mara
uedis por cada vez que lo cõtrario hiziere la qual
dicha pena, sea la tercia parte, para la persona q̃ lo
denũciare, y la otra tercia parte para la nuestra ca
mara, y la otra tercia parte para el juez que lo sen
tenciare, y mandamos a los del nuestro Consejo
Presidente, y oydores de las nuestras audiencias,
alcaldes, y alguaziles de la nuestra casa y Corte, y
chancillerias, y a todos los corregidores Assisten
te gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios,
y otros juezes y justicias qualesquier de todas las
ciudades, villas, y lugares de los nuestros reynos y
señorios: ansi a los q̃ a hora son como a los que se
ran de aqui adelante, os guarden y cumplan esta
nuestra cedula, y merced que ansi vos hazemos,
y contra el tenor y forma della, y de lo en ella cõ-
tenido, no vayan ni passen, ni consiẽtan yr ni pas
sar por alguna manera, sopena de la nuestra mer-
ced, y de veynte mil marauedis para la nuestra ca
mara. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de
Agosto de mil y quinientos y nouẽta y dos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Don Luys de Salaza



SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO

Cardinali Reuerendissimo. &c.

S. & P. F.



POSTQVAM adeo fœliciter (vt Dei optimi Maximi munere id nostro regno sit concessum) à potentissimo, simulque christianissimo auunculo tuo Philippo Rege nostro, pro isto regno gubernando fuisti destinatus, princeps serenissime, nulla maiori cura, & solicitudine sumus cómoti, atque instigati, quam vt nos non immemores sed gratos, maximorum tuorum erga nos beneficiorum publico aliquo testimonio possemus declarare, nam cùm nos quotidiè tāto honore exornes, tāta beneficētia semper amplexeris, tanta denique in nos humanitate, & munificentia semper vtaris, nihil certè in nobis cernimus, quod tibi iure optimo non debeatur. Verum cùm propter virium nostrarum fragilitatem, par referre nequeamus, quod ad me attinet, (& cæteri libenter effi-

¶4 cient)

cient) animum totum hunc meum (quo procul dubio nec paratior, nec propensior vllus in te est) tibi consecrare non dubitaui, cuius egregij animi in te pro certissimo argumento habeas, precor, libellum tibi sacratum, qui ex meorum laborum officina, nec immatura in lucem editur, hunc tuo nomine princeps serenissimè, condecorabis, fama, ac singulari, virtute tuo custodies, atque reges, quæ tua est humanitas. Nam quis erit adeò inuerecundus, agrestis & inhumanus, qui aduersus opellam hanc nostram tuo patrocinio admirabili, & penè diuina morum integritate tanquam Achilis clypeo munitam audeat insurgere? suscipe igitur munusculum hoc tranquillo animo, serenaque fronte tanquam signum quoddam mei in te ardentissimi amoris, meæque in te iustæ ac debitæ seruitutis, animum non rem inspectes, oro, nec alienum à tua dignitate ducas has nostras elucubrationes, quanuis tanto principe indignas suscipere, est enim sapiẽtis & prudentis litteras, earumque cultores vtcumque amplecti. Nec cui illas deuouerem multum hæsitaui, tu enim statim primo occurristi, quem ob heroicas, immortalesque dotes prudentiæ, incomparabilisque sapientiæ, vastissimum virtutum cumulum, preexcelsaque alia ornamenta summa cum pietate, & religione coniuncta, omnes laudibus suscipiunt, & admirãtur, dignissimus, qui profectò es, vt tibi multò

maiora

maiora munera offerantur, quibus, ſpes nobis eſt te hilari frõte gratas aures præbiturum pro tua regia magnitudine, Darium Perſarum regem imitatum, qui cùm ab Alexandro perſequeretur, & per viam tranſeunti agricola aquam turbidam (cũ non eſſet alterius copia) cadaueribuſque mortuorum coinquinatam attuliſſet, eam ebibit, & munuſculum grati animi indicium magnifaciens, nuſquam iucundius bibiſſe inclamauit: & Ptholomęum, cui AEgyptum per agranti cum panis cibarius eſſet oblatus, panem comedit, & nunquã ſuauius affirmauit comediſſe. Quæ cum ita ſint te talem pro regem, qui hos, & cæteros omnibus in rebus facilè vincis ac ſuperas, nobis datum fuiſſe, talemque vitæ noſtræ moderatorem recreamur, & Philippo Auunculo tuo regi totius orbis potẽtiſsimo gratias maximas habemus, qui te prudens prudenter, prudentiſsimum, ſapientiſsimum atq; vnde quaque integerrimum his regnis gubernandis elegit, regnat, regnetque multa per ſæcula fœlix Rex ſapiens, qui talem nobis omni ſapientia, omni virtute, atque candore præditum omnibus numeris abſolutũ Luſitaniæ adminiſtratorẽ propoſuit, quis pro tãto rege grauiſsima quæq; dubitabit ſubire pericula, quis mille corpora mille vitas, ſi tot haberet, morti nõ deuoueret libentiſsimo animo, vt iã ſæpe feci, cũ Epiſcopũ Caurienſem comitarer, qui miſſus erat ab eodem chriſtianiſſimo

nissimo rege ad aliqua huius regni oppida, vt cũ oppidanis tractaret de pace & tranquillitate Lusitaniæ cum Hispania? Sed quia tanti regis publice consecratam laudare virtutem non est mihi cordi nam solem facibus illuminare quid attinet? ad te præclarissime princeps rediens illud constanter assero, tuis monitis ac consilijs non posse non sapienter, atque fæliciter tot tibi diuino numine traditas gubernari prouincias: nec injuria, nam vt silentio prætercam, quæ te à pueritia omnibus numeris absolutum reddidere, quid dicam de tua imperatoria ac regia stirpe? perhorrescit certe animus dum oratio mea in earum laudem cupit prorumpere. Quid loquar de animi fortitudine, quã in maximis rebus gerendis, dubijsque sustinendis semper declarasti, quid de tua religione in Deum Opti. Max. loquar? est certè his terris maxima Dei summi opificis clementia moderator egregius destinatus, & pastor optimus cõstitutus, qui oues leniter pascit, tondet, & non deglubit? quis te fidei christianæ vehementior fortiorque propugnator? quæ omnia apertè monstrant, quæ fuerit, & sit tuæ vitę integritas, summaque in omnes charitas: quis domesticarum rerum ordo, & publicarum administratio, quæ cuncta sicut te ad maiorem honoris gradum, & dignitatis fastigium altissimum sunt elatura, sic tibi apud superos sedẽ æternam & in terris nomen immortale parabunt,

ad

ad quam ne quam primum ſed poſt longiſsima annorum curricula proficiſcaris, propter reipublicę christianæ cuius tuta es columna, vtilitatem, fidei que ſeruādæ neceſsitatem, omnes cupimus; & exoptamus. Vale Princeps Auguſtiſsime, & libellū hunc noſtrum mei in te ardentiſsimi amoris indicium eiuſque autorem Hēricum tua ſumma ope maximè indigentem ſubleuare ne deſiſtas. Vale iterum. Ex noſtro Muſæo Idibus Octobris anni à partu Virgineo, 1584.

EPI.



EPIGRAMMA IN laudem serenissimi Alberti Cardinalis, simulq; operis commendatio.

TER fælix clara, qui ducit origine nomen
& trahit à prisca nobilitate [illegible]s.
Sumat in exemplum soboles vt clara parētes,
perq; decus clarum nobilitatis eat.
Qui regis imperio sub vtroq; [illegible] Pl[illegible]o,
littora, rex priscis cog[illegible]ite [illegible]ior a[illegible],
Quos fama auratis circumcincta [illegible] pennis
Duxit in eoas, occiduasq́; domos
Quorum clara fides deduxit ad æthera famam,
proque sacris vitæ prodiga corda sua,
Quorum purpureos signantia nom[illegible] fastos
posteritas longo nobilis ore fere[illegible].
Quos sumus enixi nostros ne despice fœtus,
sed cape regali sub ditione tua
Illi cum primam miserunt ore loquelam
clamarunt tutos esse fauore tuo.
Nunc grandes natu, fastigia prima secuti,
Ad te confugiunt, confugimusq́ue simul.
Nam si vera ferunt, dum sic scripsere poëtæ,
Victurus genium debet habere liber.
Quem genium reperire valent stellante sub orbe,
Cuius amicitia tutius esse queant.

AVTHOR

AVTHOR IN INuidum.

DEnte Theonino quid nostra volumina rodis?
fundis, & in nostrum liuida verba librum?
Quid lernæa graui vibras hastilia bile?
cum feriant dominum pila retorta suum.
Inuide cerne; precor, quantos detrusit in orcum
liuor, & ardentes inphlegetontis aquas.
Iam depone minas: rabidum depone furorem
inuidia & cedat sensibus atra tuis
Hunc eme, qui vili stat nummo, nam tibi fructus
concipies magnos cur tibi auarus eris?

GAS.

GASPAR

FERDINANDES IVRIS PEritus, in librum Fratris Germani Præfatio.

SEMPER *mihi vera visa est illa Pōponij Iurisconsulti sententia. Quæ dicebat ius cōstare non posse, nisi sit aliquis iuris peritus, per quē possit quotidie in melius produci. Hoc ego non solum de iure ciuili, sed etiam de cæteris scientijs multa cum ratione existimo affirmari posse. Nam quæ absurdior, & ineptior opinio animos hominum potuit apprehendere quam sentire recentiorum autorum opera, auxilioque opus non esse? Qui hanc prauam animo imbiberunt sententiam velim, dicant quod incrementum susceperit Apollinea facultas postquā post Galenum, priscosque alios Græcos, iuniores scripsere: & tantum abest, vt ob eam rem probro aliquo aspersi sint, vt ex contrario magnam laudem, & non minorem gloriam eo nomine sibi comparauerint. Sed quorsum in his tantum im moror? Hæc opinio profectò aliorum hominum esse nō potest nisi eorum, qui cum nihil boni facere nequeāt, illud tantum diligenter curant, vt alios à benefaciēdo deterreant: sed ne videar instituti immemor, habeat*

beat

beas præ oculis, benigne lector, illud Plinij iunioris di ctum nullũ esse librum tam malũ, qui tamen aliqua ex parte prodesse non valeat: Nec frustra labor hic qualisqualis est, susceptus tibi videri debet: quia quanuis omnes Auicẽnæ interpretes caput hoc aureũ in cuius enarrationem opus hoc cõcinnatũ est, enuclea re fuerint aggressi nemo tamẽ, pace illorũ dixerim meliori artificio & apto magis ordine rẽ istam tracta uit, docuit explicauit, tãtis Galeni, Hippocratis, ipsius Auicennæ, Pauli, & Ætij testimonijs comprobauit. Alij pleraque confusius, indistinctius, ieiune: quædam liberius inseruerunt nulla distinctione magis dicas more grammaticorum litteram explicare, verborum significationes tractare, quæ quidem non dico, vt illos alioqui graues medicos (quorum vtinam mereretur esse discipulus quiuis) sugillem: sed vt noscãt omnes, quanto iure quibusque de causis ad posteritati hæc tradenda autor fuerit impulsus: tui enim emolumenti causa non solum hos (quibus ad maiora aditus aperitur) sed alios multò maiores labores libenter suscipiet, si hilari fronte has lucubrationes acceperis. Pra xim copiosissimã, in cuius initium hæc autor fuit cõmentatus, expecta, faueto, & fruere, nec à tua memo ria excidat illud Comici pulchrum elogiũ, homine imperito nunquam quiquam iniustius, qui nihil nisi id quod ipse fecit, rectum putat.

INDEX CO-
piosissimus eorũ, quæ in his scholijs continentur.

A



¶ Acutus

Aloe

B

D

E

Epithimū

H

H

I

L

M

N

O

P

Piſces

S

Index.

Senectu.

Zinc.


Finis.

ERRATA.

Pag. 3. li. 15. comistione le. comestione p. 7. li. 22. postq; l. postquam p. 9. li. 8. & 11. docto erum l. docta eorum p. 18. li. 18 laudabldi. l. laudibus. li. 19. laudibi le. laudabili li. 24. generat le. generant p. 22. l. 7 improbum l, in probum p. 26. li. 18. Quid l. quid p. 27. ll. 11. sic l. vt p. 33. li. 20. nam l. non p. 36. li. 17. accidus. l, auicus ii. 20, acciditas l. auiditas p. 37. li. 21. qoidem l. quidem cibus p. 59. ii. 21. præusa. l. precisa p. 27. li. 18. imbellicitas l. imbecillitas p. 209. li. ant febricitati l. febricitari p. 226. ll 9. imfimam ll. in simam. p. 228. l. 20. cumero l. numero p. 240. ll. 8, posternit l. prosternit p. 262. l. 1. concontulerint l. contulerint p. 267. l. 5. disdistribuatur l. distribuatur p. 313. l. 1. rigitu l. rugitu. p. 320. l. 5. comendantur l. comedantur p. 351. li. 24. elilitur l. elicitur p. 384. l. ant. atiam l. etiam p. 386. l. 12. nutrice tassa l. nutrice assa p. 395. l. 14. prætemittendum Theophastrum l. præter mittendum Theophrastum.

Con estas erratas esta correcto conforme a su original este libro intitulado. De regimine cibi atque potus, &c. En testimonio de lo qual lo firme. En Salamanca, oy 18. de Março, 1594. años.

El Corrector &c. *Manuel Correa. de Montenegro*



ENARRATIO VTILIS, ET PRO SANITATE CONSERVANDA cuilibet admodum necessaria.



IN CAPVT AVREVM FEN. tertiæ primi, doct. secundæ principis Auicennæ de Regimine cibi atque potus.



PORTET, vt sanitatis conseruator studeat ne cibi ipsius substãtia sit aliquod nutrientiũ a *medicinalium, sicut olera & fructus, & reliqua ab ipsis, quoniam subtiliantia sanguinem sunt adurentia, & grossa sunt ipsum flegmaticum facientia, & corpus grauantia.*

a Vide li. 3. de temp. c. 4. & 8. Met. c. 2.

SCHOLIA.



Limentorum facultates, & ordinem, quo debent ingeri medicis debere esse explorata nemo est, qui nesciat: nam siue sanum siuè ægrum sit animal, b alimentis est vtendũ, & si eorum vires, &

b Li. 1. de al. facult. c. 1.

 faculta-

e Videli. 3. de com. per genera ca. 1. in medio.

e facultates sanitatis studiosus, ac Medic' ignorauerint, continget, & in sanitate custodienda, & in morbis profligandis turpiter aberrare. Quod cum verum esse cognoscerent multi peritissimi, ac antiquissimi Medici omni studio, & cura in simplicium examine se se exercuerunt, hāc viam Galenus secutus, Medicinæ Ocean', & Dioscorides rerum naturalium diligentissimus perscrutator, alijque permulti. Quos silentio prætereo, tot tantaque pręclara litteris prodiderunt, hæc eadem vestigia insectatus est noster Auicēna, & tot tamque alta & recondita de simplicibus egit, & nunc ordinem aggreditur, & tempus idoneum quo quęlibet alimenta sint accipienda declarat. Quæ tractatio quàm necessaria ac frugifera sit alij dijudicent, qui legerunt Hippocratem in lib. de alimento dicentem, cibos negligenter traditos morbos generare. Hac igitur de causa ne quis decipiatur, propositum absoluet Aui. selectissima præcepta suo marte suaque longa obseruatiōne tum inuenta, tū ab Hipp. & Gal. & aliorum Medicinæ procerum officina mutuata tradens. Quæ omnia nos ad vnguem pro viribus elucidabimus, vt non solum Medici, sed alij ingenio,

nio, & doctrina præstan tes, viri, (quanuis non huic sed alijs scientijs operam nauaue rint) facillimè hæc intelligãt. Primò hoc igi tur præcepto docet sanitatis studiosus à fru ctibus, & oleribus abstineat. Et iure quidẽ, nam fructus horarij, quos Latini fugaces appellãt autore Galeno li. 2. de d Alimento- rum facult. prauum succum generant, quo- niam etiam si statim non lædant tractu ta- men temporis malignas febres accendunt, quibus multi de medio tolluntur, si fides est habenda eidem Gal. lib. cit. e propterea Auic. fen. prim. 4. tra. 2. f hos fructus vitu- perat in. § multa aquositas sanguinis ex co- mistione fructuum aquosorum, facit in cor pore putredinem, & similiter multitudo humoris crudi præparat ad putredinem, sic Galenus li. de bonitate & vicio g succorum horarios fruct⁹ mali succi appellat, & ab his fugiendum est maximè præsertim in autum nali tempore, vt colligitur ex Auic. in tertia primi doct. 5. h hi prętet alia nocumẽta suis vaporibus sensus perturbant, & ratione fu- morum ascendentiũ, quos in multa quan- titate procreant testante Auic. in 13. 3. i tra- cta. 1. intellectus operationes misere impe- diunt. Non minùs sunt repudianda olera,

d Cap. 2.
e Cap. 6.
f Cap. 44.
g Cap. 5.
h Cap. 1.
i Cap. 16.

vt facit Auic. hic, quia assertore Galeno libro de Bonitate & vitio succorum l nulla sunt Euchymia, & omnia vitiosè digerũtur, vt manifestum est ex lib. de Dissolutione continui, m exiguúque corpori præbent nutrimentum, illudque aquosum, vt est testatus Galenus libro. 2. de Aliment. facult. n Nec illud gignunt stabile, ac firmum, vt videre est apud Galenum lib. 2. Apho. o Vndè fit, vt illis tantùm medellæ gratia sit vtendum, & hac ratione est intelligendus Hippocrates, quando libro de Salubri dieta Textu. 3. & 4. oleribus crudis, ac elixis modice vtendum suadet: huius non ignarus Auic. in hoc capite: in hæc verba prorumpit. Olera colerica multum conferunt hyeme, sicut insipida conferunt in æstate, Syluestra olera prauiorem succum generant, vt liquet ex Galeno libro de bonitate, & vitio succorum. p Galeno libr. 12. Met. c. 7. q aerem olerum putredine infici testatur, & pestilentem fieri hac putredine coinquinatum asseuerauit libro 1. de Sanitate tuenda, ca. 11. & lib. 3. Epidemion sectione prima. r Quæ cũ ità se habeãt: quis dubitabit olera si intra corpora putrefiant, aut illis frequẽter vescaris simili labe corpora posse inficere.

l Cap. 4.
m Cap. 1.
n Ca. 50.
o Ca. 18.
p Cap. 1.
q Cap. 7.
r Tex. 14.

Oportet

OPortet autem, vt cibus sit talis quales sunt carnes, & propriè carnes hædorum, & vitulorum lactentium paruorum, & agnorum annualium.

SCHOLIA.



ER Cibum non intelliges hoc loco excrementum cibi, vt intelligit Hip. 6.Epi.sectione prima, [s] quando dicit in rene dolor grauis cùm cibo impletur, in qua significatione etiam sumitur primo acutorum [t] cum legitur apud eundẽ Hippocratem. Vbi protinus cibus inclusus fuerit, sed per illum debemus intelligere illud quod intelligit Hippocrates lib. 2. Aph. [u] in his verbis, eorum qui vniuersim velociter nutriunt, & cæt. & illud cuius definitionem tradit Galenus libro primo de Simplic. [x] §. alimentum est, quod nostram substantiam valet adaugere, sic ille dicebat tertiò de Tempor. [y] omne animal nutriri alimento sibi conueniente, in hac eadem significatione intelligendus est Galenus libro. 2. [z]. de aliment. facultat. quando cibi mentionẽ facit, & homini carnes animantium

s Tex. 6.
t 22.
u Lib. Aph. 8.
x L1. de. simp. c. 1.
y 3. de temp. cap. 2.
z Gal. lib. 2. de ali. fac. cap. 6. Gal. lib. 3. de alim. fa. c. 2. Et Au. in. 2. Can. cap. 145.

tium cibum esse familiarem testatur, vt etiã hic ab Auic. inscribitur, & propterea carnes magis nutriũt, & melius cõcoquuntur, quia cum sint nostræ naturæ admodum familiares promptius ventriculus illas amplexatur & melius per corpus digeruntur, hac ratione intelligendus est Galenus libro primo de naturalibus facul. Quando dicit ex carne facile fieri sanguinem, propterea lib. tertio de alim. facult. c. 2. vsum carnis collaudat, si sit animalis boni succi, Haliabbas in lib. 5. suæ Theoricæ cap. 21.[a] idem facit, & inuentum sapientum esse docet, & cũ multum distet natura à natura vt est tritum Medicorum [b] pronunciatum, non omnes carnes sunt æqualiter eligendæ, non omnes enim æqualiter nutriunt, nec eundem generant succum: etenim ab ætate, & ab animalium corporis [c] habitu, & loco &c. omnia genuinum mutant temperamentum, hoc significabat Gal. li. tertio de aliment. facultatibus [d] & Aui. in 2. lib. cap. 145. nec non Hipp. lib. 4 de ratione victus, [e] & Galenus elegantissimè illud idem ostendit in enarratione, non alia de causa caro leporũ autumno tempore probatissima ob vuas cẽsetur, & passeris, & phicedulæ [f] carnes maxime

a 5. suæ the. c. 2.

b Hip. l. 1. de fract. t. 42. & cel. li. 5. ca. de rat. vict.

c Vide lib. de boni. aquę & l. 3. de Sym. cau.

d Lib. 3. de ali. facul. cap. 19.

e Li. 4. de rat. vic. t. 101. & 102.

f Passeris oppositum Auic. in. 2. Can. c. 145.

xime laudantur, propterea Galenus in lib. de victus ratione attenuante g columbas turriculas domesticis anteponit, & apros suibus domesticis præfert, h & denique omnia, quæ exercentur ijs, quæ sunt ociosa, i & quæ cibis siccioribus, ijs, quæ humidioribus vtuntur, & quæ purum ac tenuem aerem inspirant ijs, quæ contrarium.

g Lib. de vict. atten. c. 8.

h Gal. l. 8. Meth. Aui. in. c. 2. cap. 145.

i Li. de dissol. cont.

De suilla carne vide lib. 2. Aph. 18. & li. 7. Meth.

Carnes animalium, quæ trahunt ortum ab parentibus siccis, quo sunt ortui propinquiores temperatiores euadunt, hædi cum generentur à capre animali k sicco eius proles, idcirco quanto nouellior, & recentius in lucē edita l temperatior fit, hoc insinuabat Galenus lib. 3. de alim. facult. cap. 19. & lib. de diss. con. m Auic. laudat hic hædorū carnem cùm eam inter n laudabiles cibos reponat, quod multo ante fecit Gal. lib. de ratione victus attenuante cap. 8. §. Solis autem hædis innoxie vtare &c. eam tanti fecit Auerrous in lib. 5. collect. vt postque carnē gallinæ quam supremam fecit, sic proferat, post illius bonitatem, est caro hędi, & li. de renum affectibus, cap. 6. o de ea sic protulit, hædorum carnibus ad libitum vteris, conualescentibus non parum est idonea, nā illorum qui à morbo conualescunt, victus

k Gal. l. de bo. & vit. suc. c. 4.

l Rasis vlt. cō. t. 1. c. 1. c. 172.

m Cap. 4.

n Aui. in. 2. cā. c. 146.

o De renū affect. c. 6.

ratio inter sanos & ægros media esse debet, testante Galeno lib. de sanit. tuenda, p hac de causa quia senes sunt regendi, vt conualescentes, eodem lib. 5. c. 6. illis hanc carnē non parum accōmodam fore scripsit. Nec contrarium suades si dicas Galenum lib. 6. Ep. sect. 3. q litteris tradidisse crassum sanguinem efficere. Non probabis inquam cōtrariam sententiam, quia eodem loco citato eam boni succi appellat, & per verba illa, quę pro contraria parte adducuntur, solum est conatus Galenus ostendere, hædinā carnem sua frigiditate atque humiditate sanguinis tenuitatem ad quandam crassitiem deducere à mediocritate non longè alienā: vituli quidam sunt lactentes, quidam verò grādioris ętatis, vterque ad sanitatem approbatur, est enim caro vitulorum docente Galeno lib. de dissolutione cont. boni succi atque substantiæ, quæ melius quā boum carnes, coquitur atque digeritur, vt etiam manifestum euadit ex Galeno libro. 3. de fac. aliment. vbi r Galeni verba pro coronide hæc sunt, bos enim temperamento est multo sicciore, quam sus, quemadmodum vir ætate florens quam puer, iure igitur ijs animalibus, quæ natura temperamēto sunt sicci-

p 5. li. de sanl. tuenda c. 4. & lib. met.

q Sect. 3. t. 22

r Li. de fa. al. c. 22.

ciore, adolescens ætas ad mediocritatem ipsam confert, vnde colliges quanto præstantior sit caro hædina caprina, & vituli non lactentis quantum caro in sua bonitate carnem lactentis antecellat: verum enim verò quanuis boni sit succi hæc caro tamen illis, qui à morbis reualescunt, non est porrigenda, vt est docto isacij sententia libro de diętis [s] §. vitulinæ carnes, & si sint laudabiles non tamen conueniunt exeuntibus ab ęgritudinibus, de vitulis, & erum natura, ac moribus vide Arist. lib. 5. de historia animaliũ, [t] & lib. 9. eiusdem operis cap. 50. & lib. 5. de generatione c. 7. & lib. 4. eiusdem voluminis capite 1. hac nobilitate, & præstantia caret agnina caro, cum tenella est, & agnus est lactens, vt pote admodum humida & viscosa teste Galeno libro. 3. de alim. facul. [u] §. cæterùm agni carnem habent humidissimam atque pituitosam, quibus qualitatibus cùm sit prædita, clarum atque perspicuum est, huismodi carnem agni lactentis, pro sanitate conseruanda non esse idoneam, vt etiam scriptum reliquit Galenus libro de bonit. & vitio [x] succorum, quem secutus est Isacius in capite. 13. qui omnes authores sunt proculdubio intelligendi, de carne ag

s Lib. de dietis cap. 14.

t Lib. 5. de hi. anim. ca. 14.

u Lib. 3. de ali. fa. c. 2.

Caro agnina qualis.

x Li. de di. cõ. Cap. 4.

ni noui & recentis, & nō de agno vnum annum nato, huius enim caro hic ab Aui. laudatur, & in secunda primi doct. 2. y 5. caro annualis agni est multi nutrimenti, & spissi & boni chymi &c. Rasis Auicēna antiquior in lib. 23. z continentis c. 713. carnem hanc annualis agni sanguinem laudabilem, nec humidum nec siccum, sed temperatum generare litteris exarauit, nec ab hac sententia alienus fuit Isacius siquidem in capite. 14. sui operis agninam carnem annualis agni tēperatam appellat. De hac carne intelligēdus est Galenus lib. de renum affectibus & eorum medicatione cap. 6. dum procuratione renum lapidis inter alias carnes agninas recenset, & eam libro. 5. de sanitate tuenda a sic scribit, ac multo minus agnina, quippe quæ humida & mucosa, & glutinosa & pituitosa est. Dices locutum fuisse de carne agni qui nondum annum compleuit aut prope ad illum accessit, nam carnem agninam annualem lib. 3. de remedijs paratu facillimis cap. 166. legimus eundem Galenum administrare in pituitoso ventriculo præsertim torrefactam, vt apertum ex verbis Galen. quæ ita se habent, tertio die agni b anniculi carne vescaris, eius scapulam elixam

y Do. 2. c. 15.

z Rasij sententia li. 23. cont. c. 15. de carne agni annualis.

a Lib. 5. de sa. tuenda. c. 6.


b Galeni verba li. de rē paratu facil. cap. 166.

elixam igne torreto, cum pane biscocto, & vino, quod satis erit, hinc colliges, quam pessimæ sint agni nouiter nati carnes, & quantum sit ab illis abstinendum: vnde lege regia prohiberi vtile esset has carnes venales haberi, nisi iam annum compleuerint quemadmodum fieri audio Bisantij c apud gentes barbaras, & à fide nostra admodú remotas apud quas regis sui imperio cautum est, ne agnorum carnes in macellis venales habeantur nisi annuales sint. Quomodo autem istæ carnes an frigidæ, an calidæ sint accipiendæ infrà ex Aui. patefiet.

c Lege de Bisantio.

ET triticum ab extraneis rebus purgatum, quod ex messe sana fuit collectum, cui nullum accidit nocumentum.

SCHOLIA.



QVALE debeat esse triticum ex quo panis est conficiendus declarat Galenus libr. de salubri dięta triticum d magis conducere hominibus, quam omne aliud granum asseruit, hoc triticũ, vt laudabile sit testãte eodẽ Gal. lib. de attenuante victus ratione

d Panis ex tritico magis est nostris conueniens.

tione

tione cap.6.[e] granum debet habere graue atque densum,& in profundo flauũ, hinc fit, vt leue,& rarum & album reprobetur, quia hoc triticum minus nutrit, succumque gignit crassum minus, ac lentũ, illud tamẽ copiosissimum crassumque, id est, firmum ac lentum succum præbet corpori. Quod etiam idem Galenus clarè docet [f] libro primo de ali.facult.cap.2.cuius verba, quia rẽ ante oculos proponunt, non pigebit scribere: inter tritica autem plurimum habent alimenti, quæ densa sunt, totamque substantiã habent adeo compactam, vt vix [h] dentibus diuidi queãt, talia enim exigua mole corpora plurimum nutriunt, quæ vero ijs sunt cõtraria, quæque dentibus quidem facile franguntur fractaque laxa ac rara apparent, magna mole exiguum reddunt alimẽtũ. Quod si vtrorumque parem modum pendere libuerit, quæ densa sunt, multo grauiora esse comperies, hæc autem colore sunt etiam laxis flauiora, explorare autem horum naturam non simpliciter oportet, superficiem dumtaxat externam contemplando, sed diuidendo quoque atque frangendo,& paulo infrà subdit. Rara ac laxa tritica (quæ repudiauit,) furfuris habere plurimum. Et sic

e Tritici boni electiones.

f Li.1. de ali. facult.cap.2.

h Vide Ga.li. de bon.& vit. succorum.

ſic libro de bonitate, & vitio [l]ſuccorum ca. 5.patrem ſuum rerum naturalium ſtudioſum ex farinæ copia bonum aut malum triticum plane explorare ſolitum fuiſſe commemorat Dioſcorides, (cuius iudicium non ſatis admirari queo) lib.ſecundo [K] capite.77.recentia,& iam perfecte adulta colorem luteum referentia collaudat, qua de re dum triticum recens commendat eum cum [l] Serapione,(parcant tanti viri,) hallucinatũ eſſe arbitror, quia triticũ authore Iſacio,nec recẽs nec vetuſtũ eſſet debet, nouũ namque atque recens exiguũ [m] nutrimentum,illud pituitoſum,inflatiuum corpori, ſuggerit,rugitum,& dolorem hypocõdriorum excitat,propter multam humiditatem quam à terra concepit, [n] vetuſtum non eſſe debet quia id ſiccum eſt, & parũ nutrit & coctionis eſt difficilis,calore aeris nõ parum illi de natiua humiditate exhauriente. Debet præterea triticum ab extraneis rebus eſſe purgatum,quia vt docta Galeni ſententia libro primo [o] de alimentorum facultatibus cap.37.oportet nos in purgandis ſeminibus,quæ ad eſum comparantur,eſſe diligentes perſuaſos etiam ſi noxam, quæ quotidie fit,ob exiguitatem ſenſu non percipimus

l Pater Gal. rerũ naturalium erat ſtudioſus

K Dioſcoridis error l.2.c.77.

l Serapio eſt hallucinatus cũ ipſo Dioſc.

m Quale nutrimẽtum det triticum nouum.

n Farina nõ ſit nec recẽs, nec vetus Hippo. li.2.de diet.ſalubri.

o Lib.1.de ali. fa.c.37.habetur commẽdatio Ga.de tritico expurgãdo

mus, quod tamen longo tempore ex ipsa aceruatur, tandem eructurum, solet nanq; p triticum in lolium pluuia & admodum frigida tempestate degenerare, & proinde, qui tritico salubriter vti volunt, omne, quod prauum est à tritico debent seligere, alioqui vt docet Galenus cit. loco tractu temporis grauiter lædentur, quare laudandam censeo nostrarum mulierum Vlyssiponensium atque Conimbricensium non vulgarem diligentiam, atque industriã, quæ damna reformidantes ex tritico non purgato, quæ describit Galenus loco iam cit. non solum conantur triticum accõmodatis ad eã rem cribris exacte purgare, sed etiam vnum quodque granum manibus attractant, & ab extraneis repurgant, ex hoc tritico farina est conficienda, & non debet esse admodum q remolita, vt facere solent molitores, dum volunt triticum suffurari, nam hæc cum multum habeat de furfure sibi admistum, panis ex ea concinnatus, fit nigrior, & difficilioris coctionis. Panium differentias vt ex Celso, & Galeno collegimus multas esse existimamus, & tamen ex eodem tritico possunt elaborari, quidam panis est autopyros, r alij vocant sincomistum, & propterea

p Quomodo degeneret triticum in alias semina.

q Detegit molitorum quorũdam fraus.

r Panis autopyros, seu sincomistos.

terea sic appellatur, quia vt docet Galenus libro primo de aliment. s facultatibus fit ex farina secretionis experte, furfure, scilicet, à pura farina non separato. Alius t est similaceus, nucupant alij semidalem, vel secundarium, alius est siligineus, qui est purissimus, u & fit, vt cũ Celso, & Columela loquamur, ex tritico, quod est elegãtius, atque flauius. In sordidorum genere continentur furfuracei, & his omnino opponuntur panes purissimi omni x furfure carentes, & hi quintam differentiam complent, & inter omnes exigua mole plurimum habent põderis, & difficilis sunt egestionis, atque descensus, quia carent furfuribus, quibus facultatis abstersoriæ non est exiguum cõcessum, vt quotidana obseruatione comperimus, & Galenus docuit lib. primo de aliment. fac. cap. cit. & lib. eodem cap. 12. hi panes furfurei y minimùm omnium nutriunt, & omnium maxime per aluum subsident, & proptereà Galenus lib. de dissolutione cont. hos panes ventrem lenire dicebat, generãt multum de humore melancholico, vt testatum reliquit Galenus libr. 3. z de locis affect. vi emplastica carent, vt scriptum reperimus li. 14. methodi, a panem siligineum præfert Ga-

s Lib. 1. de fac. alim. c. 2.

t Panis similaceus vel secundarius.

u Qualis sit siligineus.

x vide hic Ant. freb. quinquagena. 3. ca. 42.

y Quæ sit natura panis furfuracei.

z Gal. li. 3. de loc. c. 7.

a Li. 14. meth. cap. 10.

lenus cæteris panibus,[b] quia plurimùm alimenti præstant, in qua sententia fuit Auic. in 2. lib. cap. 567. & post hunc sequitur similaceus. Illud tamen hoc in loco animaduertendum, quod quanuis panis siligineus laudetur à Galeno, non tamen sunt ita verba [c] Galeni accipienda, ac si velit omnibus naturis ad esum hunc panem esse vtilem: etenim idem Galenus illum reprobat pro se nibus cibandis libro 5. de sanit. cap 7. nec id absurdum est dicere, cum satis expertū exploratumque sit mel calidis [d] naturis & siccis esse inimicissimum, cum pituitosis sit salubberrimum, eundem panem siligineum reprobat Galenus libro de Renum affect. ca. 6. procuratione eorum, qui lapide renum cruciantur, & pro huius morbi curatione surfuraceum, aut similaceum laudabili extollit, nec sufficit ex bono, & laudibi tritico panem esse concinnatum, sed oportet, vt nec sale nec fermento careat massa, & bene sit subacta, hi enim panes sunt facillimi, & qui his rebus carent difficiles sunt, ægre cō coquuntur, & prauum generat succum, & non immerito Gal. eos negligit libr. 5. [e] de sanitate cap. 7. & Aui. fen. 3. primi doctrina 3. c. 2. à sale namque optimum saporem suscipit

[b] Ra. vl. cont. 1. cap. 316.

[c] Limitatur sententia Gal. lib. 5. de san. ca 7. de pane siligineo.

[d] Li. 3. d' al. fa. c. 39. & l. 1. huius operis c. 2. l. de bo. & vit. su. c. 12. Hy. l. 6 Ep. sect. 5. tex. 14.

[e] Vide Gal. li. 1. de ali. fa. c. 2. & li. de bon. & vit. suc. c. 4.

cipit panis, sal enim condimentum est omnium rerum, & præterea sale humiditas panis dissoluit, & crassities illius extenuatur. Quod etiam olim Arist. sect. 2. [f] probl. 5. ingenue fassus est, quia interuentu salis multum de panis humiditate absumitur: panis sufficienter sale conditus leuior sit, ac minus ponderat, propterea falsi pistores (quorum inuerecundia erat legibus punienda, & verberibus castiganda) panem non saliunt, nec in furnis bene concoquunt, vt ponderi constituto à præside adequentur. Auerrois libro 5. collect. declarat propter quid fermentum in pane ponatur, inquitque propterea poni, quia [g] panem reddit spongiosum, aereum, & facilioris coctionis. Ari. 21. prob. prob. 7. quærit propter quid, (quā dubitationem expressit Galenus libr. 1. de Aliment. [h] facul. & lib. de bonitate & vitio succorum cap. 5. & 5. de sanit. cap. 7. libr. de Renū affect. c 6.) panis debet esse bene subactus, [i] & dubitationem dirimit ipse Ari. & multò clariùs conciliator in sua enarratione, Hieremias [k] Brach. lib. de vict. priuatorum conatus est panium differentias describere, sed non parum à sententia Galeni & Aui. videtur hac in re discrepare, dicitque

f Ar. libro. 21. problem. pr. 5. insinuauit quare sal in pane ponatur cùr panes saliti sint leuiores non salitis.

g Cùr fermentū in pane ponitur.

h Gale. soluit dubitationē li. 1. de ali. facul. c. 4. & 2.

i Panis sit bene subactus.

k Brachellus repudiat hoc in loco.

loco fermenti quosdam fecem seruiciariam admiscere, Plinius suo tempore quosdam ita facere author est.

ET vinum bonum, odorem bonum habens, alia autem ab istis non respiciet nisi secundum modum fuerint medicationis, aut secundum præseruationem, fructus tamen nutrienti magis similes sunt ficus, & vuæ valde maturæ & dactili in regionibus, & ciuitatibus, in quibus esse consueuerunt.

SCHOLIA.



DE rebus dulcibus, & vini natura satis superque infrà pertractabitur, & solum hoc in loco videndum breuiter est, cur [1] inter fructus ficus, & vuas valde maturas, & dactilos solum eligat, & nutrienti similes esse doceat. In primis aduertendum est, nostrum Galenum de se ipso posteritati consecrasse sanum, & incolumem vixisse, postquam à fructibus fugacibus se se abstinuit, & solum ficubus, & vuis vtebatur. Et multò magis doctrinam Auic. & morem Galeni approbandum esse dices, si memoriæ commen-

[1] Lib. de bo. & vitio succorũ cap. 1.

des ea, quæ de his rebus, antiquiores scripti tarunt. Etenim Gal. [m] de ficubus recentibus scribit, ventrem prompte permeare, & facile totum corpus peruadere, insignemque abstergendi facultatem habere, adeo, vt post earũ esum nephritici multas arenulas excernant; & quamuis flatibus ventrem impleant; non admodum vehementem dolorem excitare, quia celerem descensum sunt adeptæ, minùsque nocent, ac lædunt: idcirco, quam cæteri fructus autumnales, & adhuc multo minus si bene sint maturæ, propterea ipse Galenus [n] lib. de bonitate, & vitio succorum cap. 5. fructus ferè innoxios appellauit, quod similiter facit in libro secundo de aliment. facult. cap. 9. §. ita fuga cibus omnibus magis nutriunt, minimumque succi praui habent, præsertim cum exactam maturitatem fuerint consecutæ; Galenum [o] sequuntur Auic. Canone. 2. tract. 2. cap. 276. & Isacius de vniuersalibus dietis cap. 26. & Rasius in tertio ad Almansorem cap. 20. & 21. cont. cap. proprio.

m Li. 2. de ali. fa. c. 8.

n Quibus locis laudauit ficus recentes Gal.

o Sequuntur Ga. Aui. Isac.

Ficus aridæ caricæ appellantur, & de his venit intelligendus [p] Gal. quando sic scribit ficus bene maturę ante omnes alias fruges sunt eligendæ, & hyeme caricæ occasio

p Li. 5. de Val. c. 9.

ne cuius sermonis aduertẽdum caricas prauiorem, vt reor, succum generare quã ficus maturas, quando quidem vt est docta Gal. sententia li.2.cit.de al.fa.c.8. sanguinẽ [q] nõ admodum probum gignunt. Quo fit vt ex ipsarum vsu pediculorum multitudo proueniat, vt etiã ab Auic. inculcatum est, quia habent facultatem abstergendi, & mundificandi renibus conueniunt, intellige, [r] sanis, & non exulceratis, quia vt est traditum ab Aui.18.3.tr.2.c.9.ficus siccæ malæ sunt ad vlcera abstergẽtes ea, & scalpẽtes ipsa, propterea quod in ipsis est lacticinium occultũ, græcè appellantur Iscades, quanuis Paulus [f] AEgineta vocabulo carica vtatur, & etiã nomine Iscadum recentes intelligit. Amatus Lusitanus consulit, nè integras [t] caricas in buccam mittamus, sed eas per medium primo secemus, nec hoc est insulsum commẽdatũ propter tristes euẽtus, qui sæpe ex hac negligentia solent contingere, plerumque ab aliquo animaculo venenoso inficiuntur, & sæpe fit, vt intra caricã vipera venenũ suũ ex ore eiaculet, aut aranea, aut phalangius aut animaculũ aliquod huiuscemodi in eadem nidificet.

q Quẽ sanguinẽ gignunt caricæ.

r Quomodo intelligitur loc° Gal.l.2.dè ali. fac.c.8.

f Paulus.

t Amati consilium.

Non immerito Aui. vuas inter bonos fru

ctus

ctus in præsentiarum recenset, nam Gal. li. 2. de alim. fac. [u] cum ficubus inter fructus autumnales, principatum obtinere asseuerat, & bene nutrire maximo argumento demonstrat eorum, qui vinearum fructus custodiunt, qui cum duos menses solis vuis, atque ficubus, quorum custodiæ præsunt, vescantur, corpulenti admodum fiunt, Isacius [x] vuas plurimum commendauit, libro de vniuersalibus diętis, vbi vuas ficubus secundas esse dicit, quibus verbis videtur innuere magis nutrire ficus quam vuas, quod etiam Galen. apertè docuit, loco sæpe cit. [y] §. verum vuæ minus alunt, quam ficus, & nō solum Galenus huius fuit sententiæ, sed Aui. etiam in lib. 2 cap. 726. [z] quo loco vuam albam si cætera sunt paria, [a] nigra laudabiliorem censet, & dimissam post collectionē per spatium duorum aut trium dierum meliorem esse existimat quam collectam in eadem hora. Etenim per id tempus detumescit, & de flatuosa substantia multum deperdit. Differūt multum inter se vuarum differentiæ, [b] quas longum esset atque fastidiosum hic recensere. Aui. [c] pro hepate calido vuas vituperat, in. 14. 3. cap. 21. in quibus est durities carnis, & paruam habent dulcedinem,

u Li. 2. de al. fa. cap. 8.

x Isacius li. de dię. c. 26.

y Li. 2. de ali. facul. c. 9.

z Ras. vlt. cōt. t. 1. c. 754.

a Vua alba nigra vt plurimū melior.

b Vide Macrobiūl. 3. sat. ca. 20.

c In hepate calido quod non sit vtilis vua.

nem, dulces laudat ad venerem, & maximè recentes, quia vt ait, sanguinem cum humiditate, & ventositate cum certo calore replent, si in ventriculo [c] corrúpantur, nec retentæ bellè coquantur, dùm in iecur, & venas distribuuntur, succum crudú generant, qui non facilè improbum sanguinem transmutatur, quare cum Authore Gale. omniú vuarum vsus, si quis moderate sumat, sit tutissimus, cum vuæ natura fuerint carnosæ, atque maturę, rectè Au. eas inter fructus nutrienti similes reponit, & multo magis vsus vuarum erit tutior, atque securior si sint pẽsiles, vt deducitur ex Galeno lib. de attenuãte victus ratione. c. 10. & lib. de bon. [d] & vi. succ. §. hæc porro si suspendatur, flatuositatem omnẽ [e] abijcit, prorsusque inculpabilis euadit, verum enim vero quoniam vuę passæ proportionem habent cum recentibus, vt deducitur ex Galeno libro. 2. de aliment. [f] facultat. cap. 10. non erit absurdum nonnulla de illis proferre. Vuæ passæ præstantiores sunt, quæ pinguedine sunt delibutæ, & corticem habent tenuem, magis nutriunt, quam recentes si in eadem quantitate assumantur & minus ventrem subducunt, abstergunt tamen magis

c Quid faciãt vuæ, quãdo in ventriculo nõ bene cõcoquũtur.

d Li. de bo. & malo suc. c. 8.

e Vua pensilis inculpabilis fere est.

f Lib. 2. de ali. fac. c. 10.

magis-

magisque ventriculum corroborant, quam recentes, vt est docta Galeni sententia loco supra cit. & Auicennæ [g] in secundo libro capitulo. 726. Qua de causa arbitror ad cibum, & ad medicinam esse recentibus vtiliores, has iecori familiares esse est scriptum à [h] Galeno libro. 8. de compositione secundum locos. Nec obstat quod Galenus dicat [i] lieni & iecori tumentibus non conducere, nam eo loci [l] solum locutus est de illis, quæ non sunt astringentes: etenim huiuscemodi vuæ passæ astrictione carentes thoraci, & pulmoni prosunt, illæ vero quæ astrictionem sortiuntur, iecori & lieni opitulantur, quia & laudabilem succum generant, & his membris robur & firmitatem inducunt, qua ista membra maximè indigent. Plinius [m] vuas passas quare sic appellemus, docet, Columella rationem præparandi, vt passæ fiant tradit, Auicen. inter fructus quibus possumus vesci, dactilos [n] constituit. Ego certè non video cùr in hac classe posint collocari: nam de illis scriptum est à [o] Galeno in hunc modum, difficiles sunt concoctu, capitique dolorem inferunt; quorum alij alijs minus sunt dulces, alij minus

g Aui. in 2. cã. cap. 726.

h c. 7. Aui. fen. 14. 3. t. 2. c. 3.

i Li. de ra. vict. atte. c. 10.

l Declaratur Gal.

m Li. 13. nat. hist. cap. 1.

n Auth. opinio

o Lib. 2. de ali. fa. c. 26.

sunt humidi, sicci atque astringentes, & paulò infrà sic subdit p. Succus autem, qui ab ipsis in corpus distribuitur, crassus quidem omnino est, cùm autem dulcedo tali succo mista fuerit, celerrimè quidem hepar ab ipsa abstruitur, læditur autem maxime ab ipsorum esu, quando aut inflammatione, aut scirro obsidetur, post hepar autem, & lien obstruitur, atque læditur. Hæc Galenus, quibus verbis apertè declarat, quid de dactylis sit sentiendum, & multò clarius malitiã ipsorum proposuit lib. de Diss. cont. cap. 2. §. & similiter omne quod non est bonum, & omnis panis in testis cum oleo, & sinè oleo, & dactyli. & cæt. Nec q contrarium scripsit in eodem lib cap. 3. Vbi docet multum ac crassum sanguinem generare. Illud idem inculcatum est lib. de Bonit. & vit. succorum cap. 3. & Haliabbas lib. 5. Suæ r theoricæ cap. 19. & Rasius s libr. 3. ad Almansorem, Galenum sunt secuti, à quorum sententia Galeni atque Rasij, admiror Auicennam hac in re deuiasse, nisi dicas pro Auicenna t eum de dactylis in regione calida natis locutum fuisse, quia hi cũ sint dulces corpora nutriunt, & citò coquuntur, atque digeruntur, ventrem humectant, & nocumenta

p Verba Gale. loc. cit.

q Declarat Ga. locus.

r Haliabbas l. 5. suæth. ca. 19.

s Rasius lib. 3. ad Al. ca. 20.

t Defendi. Aui.

cumenta quæ iecori, & lieni solent inferre declinari, si modice, ac parcè illis vescaris, hoc visus est Galenus v insinuare, si parumper aduertas loco x & cap. cita. de Aliment. facultat. in §. aliæ molles & dulces, vt quæ cariotæ appellantur, præstantissimæ autem hæ in Syria Palæstina nascuntur in Hiericlonte &cæt. Quo circa aut dicendum est Auicennam fuisse hallucinatum, aut locutum fuisse de his, quorum meminit Galenus, qui & corpori præbent nutrimentum, nec illud offendunt, quando moderatissimè gustantur, vocantur fructus palmæ paruulæ cariotę, quæ ex Syria Venetijs afferũtur, & Vlysiponi ex Aphrica, & Barbaria. Vidimus nos Conimbricæ palmam fructum ferentem, & in aliquibus Hispaniæ locis, sed fructus, quos procreant, perfectam maturitatem non attingunt. Multi tradunt palmam contra pondera inniti, atque recuruari, qua nos comparatione olim vsi sumus y in nostro Speculo vitæ humanæ. Brasauolus arbitratur hoc fabulosum esse, vtrum tamen bene, alijs diiudicandum relinquimus. Qui hoc sunt experti proprijsque oculis intuiti, nos enim solum cum Euangelista quod scimus

v Declaratur Gale. locus.

x Li. 2. ca. 26.

y Composuit Auth. Spec. vitæ humanæ.

loquimur, & quod vidimus testamur, Babylone vina fiunt ex palmulis, quæ in toto Oriente præcipua existimantur. Et ita conficiuntur [z]. Incolæ illius regionis Augusti mense arborem incidunt, & liquor statim defluit, quem quibusdam vasis excipiunt, & decoquunt, eo modo, quo nos mustum ad sapam conficiendam, per decoctionem, vt suauissimum mel incrasatur. Quod posteà aqua dissoluunt, & dierum viginti spatio certa quadam ipsorum solertia percolant, quo vsque probe, bene purgatum, ac clarum euadat, & inde suauissimum fit vinum. Quod diu asseruatur, & si non decoquatur transactis diebus tribus vim suam amittit, & in acerrimum acetum transmutatur inter multos fuit dubium. Quid esset elates, [a] Dioscorides corticem putat dactili, Plinius lib. 23. capite 6. censet esse [b] priuatum genus palmæ, vtraq; sententia si bene intelligatur vera est.

z Quo pacto fiat vinum ex fructu palmæ.

a Li. 1. ca. 125

b Quid sit elates. vide lib. 2. Nostrarum cẽsurarum.

Verum tamen cum aliquis hæc comederit, si superfluitas inde prouenerit ad ipsam sistinet euacuandam.

SCHO-

SCHOLIA.



NTELLIGENS c Auicen. ex his fructibus, quos in cibatione admisit, sanguinē aquosum generari ad putrefactionem paratissimum. Docet hoc loco, quod si superfluitas inde prouenerit ad ipsam remouendam festinare oportet, hoc fiet per vētris subductionem, vel vomitum, d per purgationem excedentem humorem euacuabis si colligas, sic est sana Galeni sententia e ex intestinorum rugitu, & obmurmuratione, genuum grauitate, & lumborum dolore ad intestina humorem decumbere f per vomitum expelletur, si fastidium adsit, oris amaritudo, cordis morsus, & vertigo, ex his enim signis Gal. & Hip. lib. 4. g Aphorism. 17. & lib. 1. de Victu acutorum text. 4. humorem biliosum in ventriculo redundare rimantur. Qui si præsens fuerit nausea, & conturbatio magis vomitum conuenire demōstrabunt. Eandem sententiam inculcauit h Galenus lib. 2. de Alim. facult. cap. 20. Vbi hæc scripta reperies. Id quod facit pro momento eorum, quæ infestant, quæ

c Quid sit faciendum quādo adest superfluitas in corpore ex prædictorum vsu.

d Quando humor per aluū est excernendus.

e Li. 4. Apho. 20.

f Quando debet expelli per vomitum.

g Lib. 4. Aph. 17.

h Gal. li. 2. de Alim. fac. c. 20

quæ enim vergunt deorsum ea ipsa expellit quæ verò supernatant, per vomitum ejjce. Idem facit,& cum succi praui ex toto corpore in se se defluunt,etenim qui ex ijs, in partem ventriculi superiorem confluunt vomitu euacuantur,&cæt. Hipp. libro de [i] salubri diæta in text. 17.18. 19. 21. & 22. docet, quomodo vomitus facilis paretur. qui autem humor per ipsum sit aptus euacuari non siluit Auicen. in quarta. pri.cap. quarto. Hippocrates in 4. Aph. 4. Quo tempore magis [l] conueniat, expressit, & quo tempore vtilius administretur: cuius sententiam Gal. li. quos,& quādo,& in cōmēt. de salubri diæta tex. 15.& in li. de sectis ad eos, qui introducūtur,& Aui.[m] sunt secuti.

[i] Hip. l. de sal. diæt. docet remedia ad vomitum facilitādum.

[l] Vide cor. cel. l. 1. cap. 3. §. at qui mane vomiturus est, & §. vomitus vtilior est hyem.

[m] In 1. 4. c. 18. & in. 3. 1. doc. 5.

OPortet autē ne aliquis comedat, nisi post desideriū, nec in hoc tardetur, cū desideriū ebullierit, nisi sit mēdosum, vt ebriorū desideriū, & habentiū fastidiū, quoniā tolerare famē stomachum replet putridis humoribus.

SCHOLIA.



SEmper illud mihi persuasi voluptatē iucunditatemq; victus non alia in re nisi in desiderio, sitā, atq; collocatam esse, tantam enim

vim habet opportunus cibi appetitus, vt non solum præsente illo laudabilia alimenta, sed etiam deteriora faciliter concoquantur, vt insinuauit Hippocrates & [n] Galenus, idcirco igitur rectè consulit Auicenna vt non solum propter voluptatem, sed etiã propter vtilitatem, ne quis in mensa accedat, nisi desiderium cibi ad id concitauerit. [o] Galenus huius rei non ignarus docet illud idem, quando dicit, quoniam non est, quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit, & in eadem fuit sententia in lib. de diff. continui cap. 1. §. & appetitus etiam in opere digestionis cibi est maior pars, quia significat superconuenientiam, nec aliud significauit nisi non esse comedendum citra appetentiam, quando ad Trasibulum [p] capitulo. 19. scribit alimentum esse sumendum postquam satis abunde corpus inanitum est, hoc desiderio porritante non est cibus retardandus, quia cum vera adest cibi appetentia, ventriculus est inanitus, & nisi offeratur cibus, prauis succis consputcabitur, nam inedia non solum à venis sibi propinquis, sed etiam ab intestinis attrahit, vt Author est Galenus

n Lib. 2. Aph. 38. Gal. 6. Ep. sect. 4. tex. 8.

o Li. 6. Met. c. 6.

p Lib. ad Tra. c. 19.

q Lib.3.de na. facult. c. 7.
r Vide Rasin. ti.4.c.4.
s Li.ad Tra.c. 37.
t Vide fen.13. l.3.tr.2.c.1.& Gal.l.6.apho. 50.& 3.na.fa. c.13.
u Li.3. Ep.se. 1.tex.13.
x Li.6.Ep.se. 1.tex.15.
y Declaratur locus Aui.

lenus. q Debet tamen sanitatis studiosus attendere, vtrum sit appetitus mendosus, r qualis solet esse ebriorum, qui cùm bibendo delectentur, ea sola impulsi, quam inter pocula receperunt voluptatem, illiusque memores inordinatè cibum atque potum appetunt. Quo fit vt isti miserrimè viuant, vt Galenus appositissimè memoriæ tradidit lib. ad Tra. s Aui. addit hic, non esse insuper retardandum alimentum dùm adest desiderium, nisi sit fallax vt habentiũ fastidium. Quæ t verba proculdubio obscuram reddidere illius sententiam. Etenim fastidium non est desiderium sed est desiderij ablatio, cum in ipso fastidio desiderium sit prostratum, appetitũ enim cibi carẽt, qui fastidiunt, vt patet ex u Galeno libr. 3. Ep. Quarè cum antiquorum dicta non sint temere negligenda, vt scriptum reliquit Galenus, x sed potius sint in bonam partem interpretanda, arbitror Auicẽnam y hoc modo posse à calumnia vendicari si dicas fastidientium desiderium esse mendosum, quãdo non appetunt in hora, qua debent, nec post illam, hic enim appetitus non est bonus, vt ingenue fatetur Galenus lib. de dissol. cont. c.1.§.& modus quartus est, assumptio


tio ciborum in hora sua &c. nec enim fastidientes omnes omnino cibum abhorrent, sed in hora, in qua erat appetendus, vel dic, per cibum fastidientes non intellexisse nisi eos, qui morbo pica dicto, de quo infrà multa pertractabimus, laborantes, laudabilia alimenta aduersantur, propter humores, quibus habent tunicas ventriculi imbutas, Auth. Galeno lib. 1.[z] de sympt. causis, & illaudabilia edulia, vt potè lutum extinctos carbones, terram, vel testas vel aliqua aliena edulia appetunt. Quorum appetitus cum sit fallax, ac mendosus, vt pote præternaturalis non est sequendus.

z Li. 1. de sym. cau. c. 7. 4. lib. simp. c. 9. Vide Hip. lib. de supertætatione, & Paul. c. 1. sui operis medici, & Aet. c 10. ser. 16. & Ga. l. 6. Ep. se. 5. tex. 14.

IN hyeme præterea nutriens actu calidum comedat. Et in æstate frigidum, aut quod [a] paruæ sit caliditatis, & nec caliditas, nec frigiditas ad rem perueniat quam sustinere nō possit.

a Infrà.

SCHOLIA.


HOC præceptum præponit, quia vt est elegans Galeni doctrina lib. de salubri diet. Coment. 2. hyeme calfacere, & siccare[b] corpora oportet, æstate verò corpora sunt refrigeranda,

b Vide celsum l. 1. c 3.

atque

atque humectandas, nam per id tempus, cũ calor vigeat propter solem teste Hippo. lib. de Natur. humana comment. 1. illaque temporis pars sit siccissima, vt liquet ex Gale.c multa tunc abundat bilis, vt rationi consentaneum est, & Galenus posteritati tradidit 8. de Placit. Hippo. & Plat. & lib. 1. Ep. & lib. 3. Apho. 2. Quæ bilis contemperamento indiget per actu frigida alimenta, & humectantia, hac de causa Gale. lib. 1. de Ali. facul. cap. 18. in hæc verba prorumpit, ex quibus Auic. suam sentẽtiam est mutuatus. Hyeme verò his vti, quemadmodum sanè in æstate humectantibus, & refrigerantibus vere autem, quod medij sit temperamenti mediæ facultatis cibos edere & cæt. Idem scriptum reliquit lib. de renum affect. & medicatione cap. 61. §. a & hæc magna ex parte calida & sicca, non propter temperiem, ætatemque tuam absumes, sed propter intemperiem, quæ ex anni tempore frigida & humida est. &c. Hæc Gale. de Regimine tẽporis hyemalis: & paulo infrà agens de victus ratione, quæ æstate cõuenit, sic subdit, vberiorem verò, & aquosiorem potum præcipio, b plurimum enim, & aquosum æstate bibitur, & cæt. Ex quibus locis luce clarius

c Li. 2. de cris. ca. 3.

d Lib. 1. Ep. sect. pri. tex. 1. & 8.

a Nota verba Gale. quibus aperte rem declarat.

b Quomodo sit æstate bibẽdũ.

constat, Auicennæ sententiam verissimam esse, & ex Gal. atque [c] Hip. officina deprõptam, hunc calorem excedentem, atque squalidum æstatis contemperare desiderans Gal. lib. de Bonit. & vit. succ. cap. 13. æstate, quæ vocant Romani refrigerata, & aphrogalacte in vsum trahenda esse docet. Sic lib. 11. Meth. cap. 3. huius doctrinæ cõscius atque memor oxymel [d] ægrotantibus tempore æstiuo frigidum, & hyeme calidũ propinandum esse suadet. Quod multò antè docuerat diuinissimus senex Hip. [e] lib. 1. de Vict. priuatorum in acutis & iterum cõfirmauit Galenus libro de Puero epilept. Auicen. nè alicui ansam & occasionem errãdi præberet addit verba hæc, [f] & nè caliditas nec frigiditas ad rem perueniat, quam sustinere non possit, Quasi dicat, quanuis æstate actu frigida, & hyeme calida alimenta sint deuoranda, nam debent tamen hæc exhiberi actu vehementer calida, aut vehemẽter frigida, nam sic maximè læderent, nec temperamenta custodirentur, vt etiam elicitur ex Hip. [g] lib. 2. Aph. 51. dicente. omne nimium esse naturæ inimicum, & multum calfacere, plurimumque refrigerare, & multum alterare esse periculosum. De hoc

c Hip. lib. de Vict. priuatorum tex. 2. & 3.

d Cõsiliũ pro praxi.

e Lib. 1. de vic. rat. in acut. tex 43.

f Explicantur obscura verba Auicen.

g Hip. libr. 2. Aphô. 51.

h locus Aui. in fen. 5. 4. tract. 3. cap. 1

i Quibus sit frigus noxiũ vide Celsum l. 1. cap. 9.

excessu frigiditatis loquebatur Auic. quã do in fen. quinta [h] quarti in tract. 3. ca. 1. hoc modo scribebat. Omni dispositioni oportet, vt vehemẽter caueatur frigus etiã in æstate, quoniam [i] in eo est timor magnus.

k Fen. 2. d. 2. ca. 17. & Ras. 33. con. t. 2. 480. & Ga. l. 1. de Vict. t. 53.

SCIAS [k] quod nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis, quam fames sequitur, in tempore sterilitatis, & ex conuerso, sed tamen conuersio est deterior. Vidimus enim multos, quibus in tempore sterilitatis cibus defecit, postea cum in tempore fertilitatis abundauit, repletos fuisse & mortuos.

SCHOLIA.

l Vide Cels. li. 2. 3. 9. nec ve ro ex multa fame.

SATVRITAS [l] in tempore fertilitatis, quam fames sequitur mala est, prauior tamen atque deterior est saturitas, & multa repletio post famem, & inanitionem, tunc quia repletio interficit suffocando, & inanitio resoluendo, & citius interimunt strangulantia quam resoluentia, tunc quia propter inanitionem præcedentem, cum virtus est deiecta, & adhuc magis debilitatur, ac deijcitur, superueniente repletione. [m] Quanta detrimenta sterilitas ac fames secum adferant

m Vide Auic. in suo li. de remouendis nocumentis quæ accidunt in regimine sanitatis. tr. 4. cap. de nocumẽtis pau

rant, demonstrat historia Gale. lib. de Bonit. & vitio succorum, capit. 1. Quæ ferè omnia nos olim vidimus, nam cũ in maxima totius Lusitaniæ parte esset ingens panis inopia, & fames ferè per totam Lusitaniam grassaretur, & duobus, aut tribus annis nostro magno malo continuè sæuiret, necessitate impulsi, homines succi praui alimentis vescebantur, adhibitis ad cibi vsum arborum, fruticumque germinibus, & herbis virentibus n. Quas antea nũquam nec ederant, nec degustauerãt, permulti de medio sunt sublati, nõnulli domos, atq; patriã deserentes in alias regiones se se cõtulerũt, alij qui remãserunt, grauissimis morbis sunt correpti maligna febre, à qua pauci euadebant, & nõnullas ciuitates, atq; oppida tãquã bellua depascebatur, ex illa historia Gal. quæ clarissimè nobis rẽ ob oculos proponit, & ex altera, Gal. eiusdẽ, adducta li. 1. de diff. fe. c. 3. colligo grauiter fuisse hallucinatũ medicũ illum o Cauriensem, qui mecũ diebus elapsis cõtendebat in pestilẽti cõstitutione ex inopia, vnum tantũ morbũ, & nõ diuersos grassari, cuius p nos falsam ac risu dignã opinionẽ à Gal. sententia, alienam, & à quotidiano experimento deuiam, his locis, &

n Fames illa quæ grassata est per nostrã Lusitaniã quot detrimenta peperit. Anno 1573. Terribilia famis exẽpla vide apud li. 4. Reg. cap. 7. & apud Eusebium in hist. Ecclesiastica. & apud Iosep. lib. 7. de Bello Iudaico & apud Guillier. Paradinom.

Error cuiusdã medici.

Vide Hip. lib. 3. Ep. sect. tex. 64.

multis alijs rationibus euertimus.

LIcet vehemens repletio in qualibet dispositione sit pernecabilis, siuè ex permistione sit, siue ex potu, quot nanque homines superfluè se repleuerunt, & suffocati interierunt.

SCHOLIA.



Erè [r] dicitur plures gula, quam gladio interijsse: satietas nanque in quacunque dispositione pernecabilis est, & eam vituperat Galenus libro de cognoscendis, & curandis animi morbis, & adeo sobrietas laudatur, & circa potum, cibumque moderantia, vt ab Hippocrate [s] sic sit scriptum, professió tuen dę sanitatis mediocris exercitatio, ciborum non saturitas. Ecclesiasticus [t] saturitatem increpans dicebat, noli accidus esse in omni epulatione, nec te effundas super omnē escam. In multis enim condimentis erit infirmitas, & acciditas excitabit cholerā, propter crapulam extincti sunt multi &c. Plinius [u] lib. 12. naturalis historiæ ca. 53. asseruit homini cibum simplicissimum esse optimum, at aceruationem [x] saporum pestiferā, & cōdimenta perniciosiora, quæ dicta sint non solum de saturitate diuersorum ciborum,

[r] Pessimi mores venerunt, vt homo maxime cibo pereat. Pli. li. 26. c. 8. vide philonem in leg. ad caium.

[s] Li. 6. ep. sect. 3. tex. 22.

[t] 37. Eccles.

[u] Pli. l. 12. nat. hist.

[x] Vide Macr. l. 7. sat. c. 4. & 5.

sed vnius cibi ingestione vsque ad saturitatem, quæcunque enim sit saturitas non potest non nocere, quod cum perspicuum esset Horatio, y salubre huius rei nobis proposuit documentum. y In ser. 2. sat.

Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque secum adferat, in primis valeas bene, nam variæ res, vt noceant homini, credas memor illius escæ quæ simplex olim tibi sederit, at simul assis miscueris elixa, simul conchilia turdis, dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum lenta feret pituita. Vides, vt pallidus omnis cœna desurgat dubia, quin corpus onustum externis vitijs, animum quoque peraggrauat vnà.

Nihil igitur ad tuendam sanitatem, & morbos profligandos efficacius quam moderate vesci, fame, & siti condire omnia: nã cùm Authore z Celso, sæpe sit inimica, & inutilis nimia abstinentia, tum nunquam vtilis nimia satietas: tantum si quidem, & potus sumendum (teste Cicerone lib. de senectute,) vt corporis vires alantur, & nõ opprimantur, huius moderatæ, & vtilis abstinentiæ testis esse poterat Cyrus Persarum rex, qui, vt tradit Xenophõ a in Pædia Cyri immodicos ciborum apparatus & sump- z Li. 1. c. 2. a Xenophõ in Pædia Cyri.

tuosas cænas sustulisse legitur, cognoscẽs hæc omnia ad voluptatem propagandã solum conferre, vnde colligi potest, quam recte & piè, & quam honeste à nostris Lusitaniæ primatibus constitutum fuerit iam annis elapsis, nè quis multis cibis in vna mensa, multisque condimentis vesceretur, intelligebãt quippe id lege regia esse prohibẽdũ modumque aliquem his rebus esse imponendum, quæ immoderatæ, & profusæ dũ sunt, sanitatem destruunt, vitæ mores corrũpunt, facultates, & opes, quibus regnum sustinetur, atterunt, & diminuunt, quæ quantaque essent frugalitatis commoda & luxus gulæque detrimenta Euripides cognoscẽs hæc gulæ irritamenta græcis carminibus, [b] quæ habentur apud Gelliũ. in lib. 7. c. 16. est detestatus, & summa cum ratione, etenim tenuis, paruusque cibus hoc habet, quod non solum sit salubrior, sed maiori cum voluptate & minori fastidio sumatur, quod propria obseruatione [c] Artaxerxes edocuit, hic enim cum semel in fugam esset versus, & cõmeatus ab hostibus direptus, fame compulsus pane hordeaceo, & ficis aridis pro victu vteretur, alta voce inclamasse fertur, dij boni, quantæ voluptatis adhuc fuit

b Gell. l. 7. c. 16

c Artaxerxes de frugalitate laudator.

fuit expers, poteſt etiam eſſe documento pro hac re firmanda Ptolemæus, cui cum AEgyptum peragranti panis cibarius in ca ſa eſſet à ruſtico oblatus, nihil eo pane iucũdius, & gratius ediſſe affirmauit, quid de Dario dicemus, hic cum ab Alexandro perſeqeretur, fugam arripiens aquam turbidã, & mortuorum cadaueribus coinquinatam ebibit, & nunquam ſuauius ſe bibiſſe dixit, tanta equidem ſunt frugalitatis commoda; quæ facilè nobis demonſtrant, quare olim homines tam longam vitam agebant, nunc autem breuem, triſtemque & lamentabilẽ ferè omnes traducant, nam quoſdam videbis hac noſtra miſera tempeſtate ocio torpeſcentes, atque mollitie diffluentes, qui miſelli cum ad delicias & corporis voluptates animum conuertant ſibi corporis vires eneruant, & ingenij aciem obtundunt, ſeipſos extinguũt, & in pręmaturum interitum præcipitant, & nihil aliud moliũtur, quam decretam à natura vitæ periodũ præoccupare & ſemetipſos iugulare.

Cum autem error ceciderit, in comedendo, aut bibendo aliquod medicinalium nutrientium, regendum erit, quomodo digeratur, &

e ll. de diff. cō. c. 1.

maturescat, & ipse custodiendus à malitia cōplexionis, quæ ex eo timetur, e accipiendum post ipsum quod sit ei contrarium, donec digeratur.

SCHOLIA.



VIA cōtingit sæpè alimēta admodum calida aut admodū frigida, aut in alijs qualitatibus excedentia oblata esse, quæ tamen propter eas qualitates excedentes sunt deterrima, & nos in graues morbos præcipitant, idcirco Auic. docet, qua ratione illi excessus sint emendandi, ac corrigēdi, hæc autem correctio per contraria est facienda, vt insinuauit Galenus, f & hoc significabat idem Gal. quando in sua arte medicinali, naturam calidam, & siccam, à calidis, & siccis cibis in bonam temperaturam nunquam duci dicebat, illud idem tradidit lib. 3. g de aliment. facult. c. 45. & lib. 1. eiusdem operis.

f ll. de na. hu. co. 1. & 8. de placit.

g Cap. 1.

QVod ergo frigidum fuerit sicut cucumer, & cucurbita temperetur cum eo, quod ei existit contrarium, sicut allia, & porri.

SCHO-

SCHOLIA.



Escendit ad explicandum propositam doctrinam, & tradit, frigida quemadmodũ se habet cucumer & cucurbita de quibus Galen. [k] egit lib. 2. de alim. facult. cap. 3. & cap 6. & Auicẽna in secundo [l] canone esse temperãda propter multam frigiditatem, quam habent, & immodicam humiditaté, qua sunt prædita, temperanda esse allijs, & cæpis, quorum meminit Galenus [m] li. cit. c. 71. & Aui. in 2. canone, qui omnes asseruerunt propter calorem, quem sortiuntur, corpus calfacere, & humores crassos extenuare, lentosque inscindere.

k Li. 2. de. ali. fa. c 6. & . 3.
l Tra. 2. c. 165
m li. 2. de ali. fac, c. 71. Au. in 2. c. ca. 219. Vide Pli. l. 20. c. 6.

ET si fuerit calidum temperetur cum eo, quod ei existit contrarium, sicut cucumeres, & cucurbita, & si oppilatiuum fuerit, sumatur, quod aperiat, & euacuet, deinde famem diu toleret.

SCHOLIA.



Vic. [o] in opere cant. sic litteris exarauit, cibi sũt permiscẽdi humidi cũ siccis, estq; sapor [p] dulcis acetoso vniendus, & siccum

o Cant. 19. In par. 2.
p Vide Gal. li. 2. de ali. fa. ca. 11.

cũ humido eſt rectificandũ, & frigidum cũ calido, & ex contrario. Raſis [q] vir multæ authoritatis in eadem fuit ſententia, nec non Iſacius libro de vni. dięt. c. 14. 6. caro, quæ calida fuerit cum vua acerba, & aceto pomi arantij, aut limonis, & ramis portulacæ adaptetur, quæ verba cum Auicennæ ſententia aperte conſentiunt, hæc eadem Gal. multo ante ſcripſit lib. de diſſolutione cõt. de portulaca, qua iubet Auicenna cibum calidum attemperari, meminit Galenus [r] multis in locis, & lib. de paratu facillimis, & Auicenna in 2. cap. 534. verum quia Galenus li. 2. de alim. facult. cap. cit. inculcat portulacã ſtuporem dentium ſanare ſuo lẽtore morſus experte, aduerte (quod obiter dicimus) non [s] eſſe intelligendum de ſtupore dentium à vomitus deſtillatione, vel ob ſonitum ſerræ ſecantis contracto, vt egregie declarauit [t] idem Galenus in Iſagogis lib. de opt. ſecta. ad Traſ. folio. 22.

q Li. 25. cont. c. 1.

r Lib. 6. Simp. & 6. de ſa. tuẽda. c. 14. & 2. de ali. fa. cap. 46.

s Quẽ ſtuporem dentiũ ſanat portulaca.

t De portulaca vide multa apud pli. l. 20. cap. 20.

u Li. 6. de diſſ. con. c. 1.

ET [u] nec ipſe, nec omnes, qui ſanitatem cuſtodire volunt, aliquid comedant, niſi deſiderium fuerit certum, & ſtomachus, & ſuperiora inteſtina à primo nutriente euacuata fuerint, quod enim in corpore eſt deterius, eſt nu-

triens

triens supernutriens, quod nō est digestum mittere.

SCHOLIA.



N omnibus hominibus terminus cibationis est descensus alimenti, qui variat pro varietate ventriculorum, nam si comedas nondum priori alimento à ventriculo depulso, cibus in eo enatabit, & qui de nouo accedit, corrumpetur, & ventriculum grauabit hæc est sententia Galeni [x] li.7. meth. & Dioscorides minime ab hac sententia graditur lib.5.& Galenus in prim.volum. cit. & libro de dissolutione cont.cap.1.[z]. & ex illa corruptione aliquando febris gignitur, vt est docta Galeni sententia [a] libro 6. de morbis vul.sect.5.& sic 8.de compositione secundum locos affert medicaměta ad eos, qui cibos corruperunt, præter febrem multi alij morbi generantur, etenim vt eleganter hic tradit Aui.nihil est deterius, quam nutriens super nutriens, quod non est digestum mittere, grauatur siquidem natura tūc temporis, & obruitur intěpestiua cibi oblatione, [b] & cum rerum nouitate maxime delectetur, à coctione prioris alimenti posterio-

x Lib.6. Met. c.6.
Li.5.c.5.
z Ga.L. 1. met. c.6.
a Lib.6.Ep.se.5.tex.21.c.4
b Quid sit faciendum in illis qui ita sunt cibati præter Ga.loco cit.docent Ras. 11. con.tr.1.c.2. & Au.fen.13.3.t.3.c.15.

rio-

riorisaduentu remouetur. Vnde fieri non potest, quin grauiter lædatur homo, qui sic cibatur, quoniam cruditas infinitorum morborum solet esse causa, vt Gale. [d] litteris cō secrauit lib. de bon. & vitio succorum cap. 14. & lib. 1. de sympt. causis, & hoc adeò est verum, vt Galenus ipse [e] libro 1. de arte curatiua ad Glau. proferat ex cruditate animi deliquium sæpè oriri, & similiter asseuerauit lib. 12. Meth. cap. 3. & cap. 4. & [f] Aui. illud idem fassus est.

d Lib. de bonit. & vitio succ. c. 14. & libr. de Sym. caus. c. vlt.

e lib. 1. de art. ad glau. c. 14.

f Fen. 1. 4. tra. 2. cap. 5. & 30.

ET [g] præterea nihil est deterius quā fastidium, & propriè cum fuerit fastidium ex malis nutrientibus, quoniam cum fastidium perueneritex grossis nutrientibus, hæriditare faciet, iunctarum dolores, & renum, & dispnæam, & podagram, & splenis, & hepatis grossitiem.

g Vide Hall. li. 1. pract. c. 6. & Rasin. lib. 33. cent. t. 2. 481.

SCHOLIA.

PER fastidium [h] arbitror Auicēnā hoc loco intellexisse repletionem, nam qui repletus est, vt supra inculcauimus, non appetit cibos, sed ipsos fastidit; etenim, vt inquit [i] Galen. 3. de facult. naturalibus, cap. 13. causa nō esurienti animal est copia sanguinis in iecore,

h Hic alia littera legit per fastidium Altochme.

i Lib. 3. de fac. nal. c. 13.

& ve-

& venis, repletio tamen alimentorum crassi succi prauior est, & rebellior, nam ex illa rebelles morbi difficilis curationis oriuntur, præter morbos, quos adducit Auicen. cibi crassi succi alios efficiunt, quos omittimus, & Auic. litteram elucidemus. Inquit igitur Auic. ex crasas nutrientibus iuncturarum dolores, & renum, & dispnæam, & podagram, & splenis, & hepatis grossitiem, prouenire, [k] Galenus, cuius interpretem Auicen. se esse gloriatur, ad longum hæc scribit lib. de Bonitate, & vitio succorum cap. 14. in hunc modum. In his verò, qui crassum succum creât, articulares morbi, nephritides podagræ, asmata, lienis, atque iecoris scirrosi affectus, atq; quorũ succus malus melãcholicus fuerit, cancri his, & lepræ, & psoræ, quartanæ febres, & melancholia, & decolorationes accidunt nigræ, cum lienis vnà tumore non dissimili.

k Qui morbi ex crassis cibis oriuntur. Gal. verba cõsideranda lib. de Bonit. & vi. succ. cap. 14.

SEd [l] cum ex subtilibus acciderit, nutrientibus prouenient ex ipso febres acutæ, & erraticæ, & malignæ, & apostemata mala acuta, verũtamen, quãdoq; necesse est, aliquem cibum, [m] aut rẽ cibo similem mittere super alium cibum. Quæ sit ei sicuti medicina, verbigratia,

l Haly. l. 1. pra. c. 6. & Ral. 33. cont.

m Gal. lib. de Bonit. & vi. succorum ca. 14.

tia sicut illi, qui nutrientia comedunt acuta, aut salsa, deinde post tempus, in quo nondum digestio fuit completa, consequenter eis adiungunt res humectantes ex nutrientibus saporē non habentibus, & istis quidem hoc sufficit regimen, & exercitium non est eis necessarium eorum contraria dispositioni est dispositio eorum, qui crassis cibarijs post aliquod tempus consequenter admiscent, quod velociter digeritur, & est acutum.

SCHOLIA.



n Ex subtilib' cibis, qui morbi fiant.

SI repletio [n] fuerit orta, ex subtilibus nutrientibus morbi ab ea repletione producti erunt morbi acuti, acutæ febres, & malignę, erraticæ, & apostemata, pro explicatione hui' textus nonnulla sunt explicanda, vt planius quilibet verba Aui. eiusque mentem intelligat, explicabitur igitur, [o] quæ sunt febres acutæ, & quæ erraticæ, & quæ sunt malignæ, & quæ sint apostemata, quorum hic meminit. In primis igitur aduertendum est Aui. hanc sententiam mutuatum fuisse ex Galeno li. de bon. & vitio succ. c. cit. [p] vbi hæc à Galeno sunt tradita. In ijs, qui succum gignunt tenuem, morbi fiunt acuti, cum malignis vna febribus, sicq; in partem aliquam

o Quid sit febris acuta.

p Cap. 141.

vnam

vnam decumbat, succus malus, tum erisipelas, tum herpetes, & si quis alius præterea est calidus ita affectus.[q]

Secundo aduertendum est, morbũ acutum, vt constat ex Galeno libro. 3. de diebus decretor. & ex libro, definitiones medicæ, & libro. 1. prognosticorum, & primo de morbis [r] vulgaribus esse eum, qui cũ breuitate periculosus est, quare febres acutæ non vacabunt periculo, & breuiter finiẽtur, quod si petas, quare hæc sit febriũ acutarum natura, respondemus, hanc breuitatem habere, [s] quia acuti morbi secundum Hippocratem fiunt, vt plurimùm à bile, & sanguine, ætate vigente, æstiuo, aut verno tẽpore, vt etiam refert Galenus lib. 2. [t] prognost. textu. 46. & febres malignæ sunt acutæ, vt constat ex Galeno libro. 3. de causis pulsuum cap. 17. §. nec enim possunt cacoethes, non acutæ esse &c. Et propterea quẽadmodum acutæ cito terminantur, sic hæ terminabuntur, has febres appellant alij mali moris, & malignæ vocitantur, quia [u] fallacissimam habent naturam, & conditionem: qualis est ea febris, quæ per vniuersam Hispaniam grassatur, cum quibusdam exanthematibus, aliquando rubris, nonnunquam alijs

q Vtrũ in omni acuto morbo sit febris vega de vrinis c. 13. 1. Aph. 7. & l. 2. 19. & 23.

r L. 1. de morbis vul. sect. 3. tex. 1.

s Vnde fiunt acuti morbi.

t libello breuis denotatio dogmatũ Hip.

u Febres malignæ cùr sic dicantur.

alijs coloribus apparentibus, quam febrem hoc tempore grassantem, quamuis vulgares medici contrarium opinentur, Galenus x cognouit, vt colligi potest ex libro de præsagitione expul. y & libr. 3. Epidemion. sectione. 3. tex. 55. sub nomine papularum, & herpetum, & lib. 6. eiusdem operis, z & quod maius est, Hippocrates Galeno multo antiquior huiusmodi febrium naturam exploratam habuit, siquidem lib. 2. a morborum vulgarium hæc refert, fiebãt autem febres, in æstate, & circa octauam, & 9. diẽ & septimam in illis apparebant asperitudines in cute miliaceæ, culicũ morsibus magnitudine similes, non valde pruriginosæ. Idem Hip. li. 7. b popularium in historia fullonis ita inquit, Fullo in cyro phrenitic⁹ cũ moueretur cruribus tremulis, corpus veluti à culicibus compunctum. Quid plura dicemus? Erubescant iam erubescant triuiales isti medici qui annorum multitudini cõfisi, atque innixi, audent insurgere contra peritissimos quosque medicos, cum illi miselli Galenum, & Hippocratem ne à limine quidem salutarint, nonne ipse Hip. lib. 7. c Ep. in hæc prorumpit verba? Euphranoris filio pustulæ veluti ad culicum morsum, &c. ta-

x Gal. & Hip. hanc febrẽ malignam cognouit.

y Cap. 4.

z Li. 6. Ep. se. 1. tex. 29.

a Part. 3. lib. 2. Ep.

b Hip. l. 7. Ep. vide Cel. li. 5. c. 8. & Actuari li. 1. c. 23.

c Hip. verba. 7. Ep.

ceo Auicennam quem nec isti intelligunt, qui in prima.4.[d] scribens signa febris pestilentis ait. Quòd aliquando apparet bothor subalbida, & rubea. Nolo in medium adducere Aetium quem scio istos vanos medicos, & senectute delirantes, præ negligentia, & incuria nunquam euoluisse, [e] ille certe in suo opere has efflorescentias bubastica appellat. Paulus [f] lib.1 exanthemata vocat, febres istæ nunquam intermittunt, vt faciunt aliæ febres, & præsertim erraticæ, quarum meminit Hippocrates [g] §. præterea febres quartanæ, quintanę, septimanę, & nonanæ &c. & Galenus in [h] eodem libro erraticarum febrium varias atque dubias accessiones in humorum diuersitatem reijcit, & libro.2.de differentijs febrium [y] harum febrium generationem in victus errorem, & transmutationem humoris. Auicenna [z] harum febrium meminit, & Gal. libr. de typis c.4.& 5.

d 1.4.tr.4.c.2.
e quater.2.ser. 4.c.21.
f Pau.l.1.c.6.
g li.1.Ep. sec. 3.17.
h li.3.sect. 3. tex.23.
y Cap.vlt.
z Fe.4.1.tra. 2.c.1.

Per apostemata intellige tumores præter naturam & abcessus, de quibus consulẽdus est Gal. [a] vbi docet, quid sit abcessus, dicitque quosdam fieri propter inflammationem, alios verò, quia aliquę substantiæ diuersi generis intra cauitatem congeruntur,

a li.14.met.c. 14.& lib.2 de ar.ad gla.c.7.

tur, de quibus latius libello ad id destinato.

Verum enim vero quia Galenus, à quo Auicenna hanc doctrinam decerpsit pro exemplis apostematum, quæ generantur, ab humore subtili, adducit Erisipelates, & herpetes, operæ pretiũ erit explicem' ex poscat nè herpes, eandẽ curationẽ cum b Erisipelate? quæ dubitatio multis, illisque peritissimis medicis negocium facessit, vt igitur propositam difficultatem dicamus aduertendum est, quod herpes, in duplici differentia reperitur, quidam herpes græcè dicitur hiomenos, quasi depascens, & fit à fluxione biliosa exquisita, ac sincera nullaque alterius humoris interueniente mistione, in aliquod membrum decumbente, vt testatum reliquit Galenus lib. de tumoribus præternaturam, & non longe differt ab erisipelate vlceroso, differunt tamen hæc inter se, testante Galeno c libro. 14. quia hiomenos à bile subtiliori, quam erisipelas vlceratum oritur, solamque cutem hiomenos depascitur, erisipelas autem vlcerosum non solam cutem, sed etiam subiectam carnem erodit. Auicena d vlcerosum herpetem formicam corrosiuam appellat, vt constat ex

b Dubium an erisipelas, & herpes expetant eandẽ curationem.

c Li. 14. meth. c. 14.

d Herpetẽ vlcerosũ vocat Au. formicam corrosiuam.

fen.

fen. tertia quarti tract. primo capitulo sexto. Altera est species, & dicitur miliaris, sic appellatur, quia multas, & paruas eminentias, [e] ad similitudinem grani milij in cute producit. Non generatur hæc species herpetis ex bile admodum acri, & calida, sed pituitæ admista, vt quilibet apud [f] Paulum & Oribasium, & Trall. legere poterit.

His [g] positis respondemus ex Galeno libro secundo de arte ad Glau. herpetes erisipelata quoad totius corporis euacuationem, [h] eadem remedia postulare, non vero quo ad particulam excedentem, nam alia remedia topica efflagitat herpes, & alia erisipelas, vt clarissimè edocuit in his verbis quæ habentur loco cit. [i] herpetes autem quantum ad totius corporis euacuationem, attinet, vt erisipelata curare oportet, & quantum ad patientem particulam, non omnibus [k] similis curatio adhibetur, nam qui excedentes sunt, refrigerari quidem desiderant, similiter alijs herpetibus, & erisipelatis, [l] non tamen ea ferunt medicamenta, quæ præter id, quod refrigerant, etiam humectare natura sunt apta, sed

e Herpes miliaris qualis sit

f Pau. & Orib.

g Soluitur dubitatio.

h Quoad euacuationem eadē remedia postulant herpes & erisipelas.

i Verba Gale.

k Non debent curari eisdem topicis medicamentis herpes & erisipelas.

l Hic aduerte Au. fen. 3. l. 4. tr. 1. c. 5. & 6. errasse cōfundentē cū herpetibus mirmēcias quia male à Paulo AE. accepit.

Perpende hæc verba Ga.

ſola admittunt refrigerantia, quæ etiam maximè poſſunt exiccare, non igitur lactucam, vel polygonum, nec ex ſtagnis lentes, aut paluſtrem lotum, vel pſilion, vel portulacam, vel ſerim, vel ſemperuiuum, vel tale aliquid, quod refrigerare poſsit, ac humectare apponere oportet, quæ eriſipelatibus erant opportuna, nec vnquam ſpongiæ fidas frigida aqua perfuſæ & cæt. Eſt igitur noſtri Galeni ſententia, in his affectibus, purgantia medicamenta eadem debere eſſe topica tamen eadem quoad frigiditatem diuerſa tamen quoad paſsiuas qualitates ex illa littera Gal. colligo toto cælo Aberraſſe medicum quēdam [m] peritiſsimum, (cuius nomen ſileo) qui mecum de hac re diſputãs eriſipelata nunquam frigida aqua poſſe ſanari aſſeuerabat, cui ego reſtiti, hunc Galeni locum & alterum Auic. in medium adducendo. [n] Quibus perfectis, ille obmutuit, faſſuſque eſt, ſe nunquam illud legiſſe, nec ego ſoli Galeno aſſentirer, niſi pro Gale. & Auicen. eſſet commune experimentum memini nanque hoc eodem remedio facillimo multos perſonaſſe.

m Error cuiuſdàm medici.

n Illud idem eficitur aqua tepida cũ ſpongia irrigata, ſed quo tẽpore id ſit faciẽdũ alibi declarámus, interim cõſulito Gale. li. 1. ſym. c. 1. & Aui. li. 1. fen. 3. d. 2. c. 6.

o Lib. 3. de ſanita. c. 13.

Amplius [o] *paruus motus poſt comeſtionem*

ipsam in stomacho quiescere facit & propriè cum dormiendi post ipsa voluntas adfuerit. Accidētia [p] *præterea animæ horribilia, & motus corporei fortes, digestionem fieri prohibēt.* p Vide Cels. l. 1. cap. 5.

SCHOLIA.



Ommendat Aui. post prandium paruū motum, perquem intellige exiguam exercitationē, vt potè centum passuum, illa enim alimentum ad fundum ventriculi delabitur, & melior sic poterit celebrari concoctio, quæ est ordinata in corporis nostri nutritionem, & nutritio in vitam, vt omnes medici, & Philosophi scripserunt. Quod fassus est Galenus [q] lib. 5. Met. 5. post vero reficiendus æger cibis succi boni, frictione, & in ambulatione. Quod multo clarius scripsit [r] Rasius dum inquit. Dixit Tabri post cibum debes inambulare per centum passus, & deuitando post cibum lauationem, equitationem & alia huiusmodi. Idem paulo infra authoritate Ruffi memoriç tradidit. Ruffus [s] nanquam moderatam exercitationem post cibum laudabat, dicens post comestionem & cæt. Vbi docet post cibum à for

q Lib. 5. Met. cap. 14.

r Rasius li. 29 cont. cap. 1.

s Lib. 4. Al. cap. 2.

ti exercitatione cauendum esse, & post mō deratam somnum esse procurandum. Occasione cuius [t] controuertitur, sit ne vtilis somnus facultatibus naturalibus, & animalibus post cibum. [u] Quam quæstionem ante aquam dirimamus. Aduertendū est somnum meridianum à multis vituperari, non quia breuis est, sed quia [x] contrarius motus in calore corporis accidit, nam in somno caliditas corporis recurrit ad interiora, & caliditas solis illum ad exteriora euocat.

Nec facit aduersus istum placitum Hip. lib. 2. [y] prog. Quando somnū matutinum laudibus [z] extollit, tunc enim vtilis est, quia sani celebrata est prima, & secunda cōctio, & caloris solis vis, & facultas nō est tanta eo tempore, quanta solet esse in tempore pomeridiano, vt latissimè demonstrauimus apud Arist.

Ad dubitationem igitur accedentes dicimus, cum Auic. [b] somno facultates omnes roborari, propterea quod calorem non sinit admodum diffl ari, & resolutioné prohibet, calorem vnit, & vnitus [c] vegetior fit ad suo munera obeunda cum Arist. testimonio fortior sit virtus vniti, quam ipsius dispersi, vnde fit, vt ipse [d] Auicena dixerit in

doctrina

t Cōtrouersia

u Vide Pau. li. 1. ca. 97. & Hi. 6. Ep. sect. 5. te. 10. & Gale. 12. met. cap. 5.

somnus meridianus vt vitupe retur.

x Vide Auic. fen. 3. li. 1. doc. 2. c. 9. & Rasi. 31. cont. tr. 5. cap. 1.

y Li. 2. prog. tex. 11.

z laudat Gal. somnum matutinum.

a Vide multa d̄ somno apud Argē. trac. proprio de somno & vigili.

b In 2. p. dist. c. 14. & fen. 3. 1. doct. 2. c. 9. & l. 3. fen. 1. t. 4. cap. 1.

c Somno calor naturalis fit vegetior.

d Sūma de pul si. c. 12. li. 1. fe. 2. vide Gal. lib. 3. de caus. pul. c. 9. & 16. de morb. vulg. sect. 5. tex. 10. doct. 2. c. 9.

doct.3.in hora sõni calorẽ naturalẽ cõstringi, & submergi,& totũ hora illa tẽdit ad occultũ,propterea quod ipsũ anima mouet ad nutriẽs coquẽdũ ꝙ scriptum reperies apud eundẽ Au.in tertia primi, & id multò ante posteritati cõsecrauit noster Ga.l.1.de sym. 5.in sõno cibus digerit melius,& nõ solũ in stomacho,verũ etiã in corpore,propter hoc mõstrat nobis,quod in sõno mẽbrũ in quo rationalis est anima quiescit,&c.hoc significabat[f] Haliab. in illo ser.mẽbra recreat extẽsa,mẽtẽ clarificat,cogitationẽ emẽdat,ac visum,& Ras.[g] idẽ sensit,& Pau.somnũ quietẽ præbere facultati spirituali asseruit,& meliorẽ fieri coctionẽ,qua quis negabit & facultates naturales,& facultates animales, & naturales firmari? quã coctionem impediũt animi accidentia immoderata,& motus itidẽ superflui,animi accidentia[h] quia in eis est subitus mot' spirituum,qui nõ potest nõ naturã terrefacere,ex quo nõ tã bona celebrabit cõcoctio. Adde in motib' animæ calorẽ subito,& affatim vel ad exteriora,vel ad interiora recurrere,& partes coctioni,& sanguificationi destinatas calore priuari, & eo turbulẽto motu humores ad ventriculũ cõ

Ga.l 5.de va. c.2.& lib.1 de sym.cau.c.8.

f L.l.5.theo.c. 35.

g 4.ad Al.c.3.

Pau.l.1.c.97.

h Vide l.2.de sym.cau.ca.5. & Au.l.3.fe. 2.tract.c.6.

fugere, qui & praui cum sint, non solum grauissimos morbos, sed & [i] mortem hominibus inducunt, vt est docta Galeni à nobis citata, & multorum sententia, quam nos tradimus posteritati in nostro compẽdio Dialectico capite de qualitate vbi multa & lectu digna inuenies.

[i] Vide Pli l. 6. na. hist. 55. & 53. & Val. Ma. Ti. de morte nõ vulgari.

Gal. l. de diff. con. c. 2. Aui. fen. 13. 3. t. 3. c. 3.

ET in hyeme quidem cibi pauci nutrimenti non sunt edendi sicut olera sed nutriẽs magis est edendum, quod ex granis est, & fortis etiam soliditatis, & in æstate huius contrariũ, ex cibo etiam nullus ita est replendus, vt non sit ibi locus superfluus, sed ab eo est remouendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanẽtibus: hæc enim famis reliquiæ post horam vnã destruuntur, & in hoc vsus est conseruandus, quoniam deterior comestio est, quæ stomacho facit grauitatem, & deterior potus est, qui tẽperamentum egreditur, & in stomacho natat, & si aliquo die superfluerit, sequente die famelicus maneat, & somno vtatur prolixior in loco temperato in quo nec sit calor, nec frigiditas quod si somnus ei non aduenerit, multo vtatur incessu suauiter & continuo, in quo non sit quies, nec [l] requies, & parum puri vini bibat, Ruffus inquit, incessus hic mihi placet, & proprie

[l] Rasis 31. cõ. 2. c. 1.

prie post prandium quoniam bonitatem operationis cœnæ præparat.

SCHOLIA.



IN hyeme docet, alimenta multi nutrimenti esse deuoranda, & cõtra in æstate hanc sententiã scripsit Author quia in tempore hyberno calor naturalis est robustior teste Hip.[n] primo de natura humana coment. primo in æstate vero debilior, alimenta autem debent ingeri in ordinem ad calorem naturalem, qui [o] naturalium virtutum accõmodatum instrumentum censetur, eandẽ sententiam scriptam reliquit Galenus libro de diff. cont. 6. hyeme sumi debent cibi crassi, & non solum crassi, sed & multi in eo tempore hyberno, possunt aptè deuorari teste Galeno libro de renum affect. nec non lib. 1. Aph. 18. quod non est faciendum in tempore æstiuo, cum tum calor sit multo debilior, & ad extima corporis expansus, & à partibus internis maximè distractus. Quare in coctione alimentorum tunc temporis deficit, nec ea, vt opus est, præ imbellicitate potest concoquere, vnde scimus recte

n Vide l. de vi. priuat:

o Vide l. 14. de vsu. par. c. 6. & l. 6. Ep. sect. 4. t. 14.

p Li. 2. Apho. 15.

q Quis terminus debet esse cibationis.

r Lib. de cau. morb. c. 7.
s Sect. 4. tex. 22.

t Inimicitas nostrae naturę admodum inimica.

Simile.

u Signa immodicę refectionis.

dictum esse ab Hippocr. p in æstate minus nos appetere, & deterius coqui, ac digeri alimenta: verum quia rogabit aliquis, q quis terminus futurus erat bonæ cibationis, inquit Aui. non esse corpus reficiendum vsque ad saturitatem, sed esse discedendum à mẽsa cum reliquijs r famis, saturitas nanq; naturæ est admodum inimica, adeo, vt dixerit Hippocrates s lib. 6. morborum vulg. artem tuendæ sanitatis in hoc consistere, vt omni diligentia t ciborum saturitas fugiatur, & sic optimum erit Auicennæ decreto cum reliquijs famis à mensa discedere. Illæ enim reliquię exiguo temporis interuallo posito remouentur ex fumis replentibus ob calorem ebullientem in alimentum sicut ollam non licet ad ignem apponi plenã vel quia incipiente coctione vẽtriculus omni parte cõstringitur, & facile dissipantur tales reliquiæ, eundem terminum cibationis moderatum extitisse facile dignosces ex indicijs in contex. adductis, u etenim immoderatam refectionem sequitur stomachi grauitas, & eiusdem alimenti in ventriculo innatatio, vt tamen hæc incómoda quilibet possit præcauere, artis adminiculo præ oculis habeat oportet hanc Aui. Doctrinam de

assump-

assumptione alimentorum crassorum in tē
pore hyemali, & tenuium in æstate. mutua
tum esse ex Galeno [x] loco supra cit. Eam-
que non solum hîc [y] Auice sed etiam par-
te 2. cant. adduxisse, & Rasium [z] eam con
firmasse libr. 25. cum dicit, debes vti nutri-
entibus abundantibus & crassis in hyeme,
& ex conuerso in æstate, [a] hac in re, vt in
multis alijs vsus, & consuetudo est seruan
da, qua de causa Hippocrates eam plurimi
facit, lib. 2. [b] Apho. & eodem libr. 50. Di-
cēs, quæ ex longo tempore consueta sunt,
etsi deteriora sunt, insuetis minus molesta
re, oportet igitur ad insueta permutari, vbi
velim aduertas doctrinam hanc non esse in
telligendam de vitiosa, & praua consuetudi
ne, hæc enim non est obseruanda, sed pau-
latim corrigenda, atque immutanda, vt do
cta est Gal. sententia lib. 6. [d] Ep. & propte-
rea dicebat Rasius lib. 4. Alman. [e] agens de
consuetudine, nisi præusa sit, quia talis cor
rigenda, & gradatim immutanda. Quod
scriptis tradidit Gal. lib. 2. acut. [f] dicens,
repentinas mutationes victus nociuas esse,
non solum ægris, sed etiam illis, qui secun
da valetudine fruuntur, & cum sint tot re-
rum occasiones, quibus homines subijciun
tur

x l. de diff. feb. cont.
y Text. 22. Haly. li. 1. pra ctl. 1.
z Libr. 25. cōt. cap. 1.
a Vide Haly. l. 1. practl. ca. 13
b Lib. 2. aph. 49.
Vide hic lib. 3. de ijs quæ in medicatrina t. 20.
c Vide Aui. par tit. 2. cant. 18. & del 1. ca. 3.
d Sect. 2. tex. 26.
e L. 4. ad. Alm cap. 4.
f Li. 2. de vic. acut. tex. 20. & 32. & 35.

tur propter naturæ nostræ fragilitatem g saluberrimum esse arbitror consilium, & ab Hippocrate decantatum lib. 2. Aph. cit' ad h insueta permutari, nec sinere consuetudinem in victu contrahi, sed omnibus assuescendum. Dices quæ i sit causa ob quam consueta facilius toleramus, & minus nocét huius problematis reddere causam conatus est Galenus lib. de cons. & k lib. 2. Apho. sent. 50. aitque non vnicam, sed multiplicẽ esse varietatem, propter diuersitatem rerũ, in quibus consistit consuetudo l nam cibi, & potus consueti introducunt qualitatem similẽ ob quam facilius m concoquantur & ex insuauibus fiunt suauia, & cùm consuetudo ista potus, & ciborum non solum cõsistit in qualitate. n Rogabit studiosus lector, si præter qualitatem, & substantiã consuetudo animaduertitur, in quantitate, cũ consueta o quantitas minus noceat, ex quã titate siquidem nulla similitudo potest acquiri.

Respondendum p est huic dubio id prouenire ex robore. Quod recipit ventriculus ex multorum alimentorum esu, sicut ignauia partes q dissipat, & lãguidas reddit, sic proprij officij executio membra corroborat

g Nota.

h 50. Vide li. 2. Aph. 30.

i De consuet. vide li. 2. de te. 4. & libr. 2. de mot. musc. c. 7.

K Li. de consu. cap. 2.

l Quare cõsueta minus lædunt.

m Vide Arist. li. 1. Rhe. c. 9. 2. Aph. 30.

n Dubium.

o Cur consueta quantitas alimenti minus nocet.

p Solutio.

q Sic Hip. l. de aere aquis, & locis dicit c. 12 ab exercitio vero, & laborib. crescis virilitas

rat. Vt Galenus ex Platone decerpsit lib. 6. de Locis vltimo. Quam responsionem in sinuauit Gale lib. 2. Apho. 50.

Verum iterùm rogabis in quibus contrahitur, hæc consuetudo toties laudata? Occurrimus ex Gal. libro de Cons. per priora capita in cibis, & potibus acquiri, vt ex Galeno facilè potest domonstrari, & Hipp. li. 2. de Vict. acut. text. 33. & libr. 2. Apho. 50.

Aduerte in medicamentis eandem contrahi consuetudinem, quod quanuis experientia clarum sit, clarius euadet, si Galenum audias li. 5. de sanit. [r] cuius verba pro Coronide hæc sunt, porrò ijs, quæ prædiximus varie vti expediet, nec vno tantum delecto id perpetuò exhibere cui nanque assueta spatio sumentis natura erit, eius vim contemnet, ergo variare vices, tum prædictis oportet, tum vero, eo medicamento, quod ex caricis conficitur. Idem docuit nos Auic. fen. 4. primi. [f] Vbi colliges doctrinam elegantissimam pro praxi obseruandam non esse pro curatione astmatis & aliorum morborum longorum eisdem medicamentis vtẽdũ, sed variãda esse alioqui natura illis assuefacta ea despiciet, atq; cõtemnet.

r li. 5. de san. c. 9.

f Fen. 4. 1. c. 1. & 3. tra. 1. ca. 40.

cõsilium pro praxi.

Consue-

Consuetudinis tanta est vis, vt etiã quod admiratione dignum videtur, in venenis contrahatur, vt multis exẽplis poteramus probare, & præsertim illo, quod adducit, t Galenus, & alio cuius meminit Auicenna u in 6.4. ex Ruffi. authoritate.

t li. 3. de simp. c. 18.

u Au. 6. 4. tr. 1. c. 2. Ra. 35. cõ tr. tra. 1. c. 1.

De consuetudinis vi & potentia, lege apud iur. cõ. c. si cõsuetudo. dis. 1. & l. de quib' ff. del. & Tu. l. 2. q. Tus. & Ou. libr. 2. de Arte amoris & pa. extra de cõs. c. fin.

Hanc contrahi in animæ, & corporis functionibus manifestum est: passim enim videmus cytharædos adeo dextre, ingeniose, & velociter in tenebris lyram pulsare, vt inde perspicuum fiat, eam dexteritatem, & tactus chordarum certitudinem ex consuetudine longo tempore comparata, exercitatione prouenire. Quid dicemus de anima? quæ etiam assuescit, quotidie certè conspicimus multos homines, quia frequenter irascuntur, habitum habere ad iram procliuem, ex tali actu minus lædi, ac offendi, idẽ de facultatibus naturalibus sentiendum arbitramur, illæ namque etsi sunt naturales assuescunt. Nec veritatem propositam labe factat argumentum, quod ex Arist. nonnulli adducunt, dicentes Arist. lib. 2. x dixisse, virtutes morales consuetudine posse comparari, & non esse naturales quia naturale nõ potest assuescere, vt eodem capite citat. idem met. Arist. scriptum reliquit. Non facit in-

x Li. 2. Et. c. 1.

quam

quam aduersus nostram doctrinam locus iste Arist. quia pro certo habemus facultates naturales propterea cibis, & potibus, & medicamentis assuescere, quia instrumenta per quæ agunt istæ facultates acquirunt ex longe earum rerum vsu quandam qualitatem illis similem, quæ etiam efficit, vt minor sit alteratio, facilior transmutatio, Ari. y vero locus intelligendus est de naturalibus, quæ ex frequenti vsu nihil acquirunt, sic lapis quanuis millies sursum proijciatur motui sursum non assuescit, quia ex illo frequenti motu nihil deperdit, nec denuo acquirit, quod in facultatibus naturalibus longe aliter euenire solet, est igitur (vt paucis multa constringamus) in cibatione seruandus vsus, dum modo ille non sit perniciosus. Quod si ex inaduertentia ad vsum incõmoda circa cibos, fuerint contracta, ea corriges, quemadmodũ te appositissimè docet Aui. inquiẽs, si aliquo die plus justo maiorem quantitatem ingesseris, altera z die à cibo abstinebis, famem inediamque obseruans, somnum capesses in loco temperato quiescens, quia his iuuatur concoctio, & crudi humores ex repletione generati attenuantur, & melius in substantiam corporis appo-

y Loc. Arist. exponitur.

z Lege ga. l. 8. de cõp. se. lo. c. 4, & Aui. fe. 13. l. 3. tr. 3. c. 5. & Ra. l. 11. con. t. 1. c. 2.

apponuntur: fugienda est igitur repletio, quę cum multiplex esse possit, multiplicem expostulat curationem.

Pro huius intelligentia aduertendũ est, Galenum lib. 2. Aph. [a] repletionem, siue satietatem fieri dixisse cum plus alimenti ingeritur intra corpus, quam [b] modo naturæ cõueniat, hæc vel est quoad vasa, vel quoad vires, vt ipse Galenus docet sententia & particula citata, & passim asseruit [c] libello de plenitudine, qualiscunque sit euacuatione emendatur: si fuerit solius sanguinis, aut omnium humorum ex æquo venæ sectione remouebitur [d] si alij humores à sanguine peccauerint vel in primis qualitatibus, vel in secundis, vel in modo substantiæ purgatione mitigatur, vt docta est nostri Gal. sententia loco supra sæpe cit. [e] euacuatio autem omnium humorum æqualiter, (quæ quidem exquisitissima est, fit per venę sectioné cognosces hanc repletionem omnium humorum, at solius sanguinis ex Galeno li. de plenitudine (vbi eam quoad vasa appellat,) & per hæc signa demonstrat, sensus cuiusdam distentionem, [f] venarum tumorem, corporis ruboré, modo non præcesserit causa aliqua manifesta, aut aliquod animi symptoma

a Li. 2. Ap. 17.
b De plenitudine cõsule Ga. l. 5. de sa. c. 5. & 4. me. c. 4. & 13. ca. 6. & 2. loc. c. 1.
c Gal. in li. de plenitudine c. 3. & Ra. tr. 2. c. 19.
d Vide de vtraq; plenitudine apud Au. fe. 2. primi. d. 3. ca. 6. & Ga. co. 2. in Hip. libr. de na. hu. vide Valeriolam in l. de cõ. ar. c. 14. & Alzar. l. th. t. 5. c. 4. in vtraq; pleni. secat Ga. venã li. de san. mis. c. 8.
e Ga. 8. & 10. & 11. & Alza. l. the. t. 5. c. 4.
f Vide signa ple. apud Ga. de san. mis. ca. 8. & l. 1. de Ar. ad gla. c. 14.

sæpe nanq; adest rubor faciei citra aliquam plenitudinem quia præcessit aliquod animi symptoma, vel ira, vel verecundia, vel quia homo acuta febre corripit̃ plenitudini aliorum humorum à sanguine medeberis, naturam humoris contemplando qui morbum parit, & ad illam cognoscendam [g] maximè te iuuabit, sententia Hippocratis lib. primo [h] Apho. Et illud, quod est scriptum à Galeno lib. 4. de sanitate tuenda, [i] vbi ex vrina & faciei colore, abundantem humorem rimatur, ad quod etiam inseruiet, locus alter Galeni, lib. 4. aph. [l] aph. 1. & lib. 1. aph. 2. & locus apud Hippocratem in libro de alim. & [m] elegantissimum Galeni testimonium lib. 3. de sympt. causis cap. 2.

g Vide Au. fe. 2. prim. l. d. 3. c. 7. & Ra. t. 2. c. 10.
h Li. 1. aph. 2. vide Auic. fe. 2. 1. d. 3. c. 3.
i Li. 4. de sa. c. 4.
vide Ga. l. 10. lo. cap. 2. & 1. Ep. fe. 2. 1.
l l. 4. Aph. 1.
m Vide Alz. l. the. t. 5. c. 7. & Rasi. t. 2. c. 23 & Ga. l. 8. dig. in som. c. 2. & Alz. t. 5. c. 8.

Oportet præterea, vt post comestionem primo super latus dextrum dormiat, pauco tempore, deinde super sinistrum reuoluatur, postea reuoluat se supra dextrum, & debes scire, quod multis cooperiri pannis, & ceruical [o] *eleuare ex illis existunt, quæ in digerendo iuuant, & ad vltimum quidem, vt membrorum situs, ad inferiora sint declinantes, & non ad superiora.*

o Ra. t. 4. c. 3.

SCHOLIA.



IC offert se de somno speculatio quid ille sit, & quis terminus eius sit, pro sanitate seruandus, & supra quod latus sit incipiendus.

p Sic somnus mortis frater dicitur 3. de cau. puls. Somni definitio Aris. 1. de somno & vigilia.

q Lib. 6. Top. c. 3. & c. 2.

r Altera somni definitio, quã tradit Auerr. 1. de somno & vigilia.

s Fen. 1. 3. tra. 4. c. 1.

t Vide fen. 2. l. 1. d. 3. c. 3.

De somni p natura varia varij sentiunt, nonnulli aiunt, somnum cum Arist. ita esse definiendum, somnus est vinculum primi sensorij, nimirum aut facultatis, aut sensus communis, qui omnibus sensibus præest, quam definitionem idem Aristo. q 6. Top. loco. 24. repudiauit, & sic ex eiusdem Arist. decreto poterimus refutare alteram somni definitionem r per contractionem caloris tradditam, nec enim quoties calor ad intima retrahitur, somno arripimur, vt est perspicuũ in tenebris, & in timore, præter has definitiones Aui. in fen. 1. 3. s sic somnum definiuit, somnus est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum, & motuũ ad cerebrum, ex quo reditu priuantur ipsorum instrumenta ab exitu operationis in ipsis, exceptis respiratorijs, quæ sunt t necessaria, vt vita permaneat, hæc Auicennæ sententia de essentia somni adeo Aui. placuit,

vt

vt multis alijs in locis eam insinuauerit.

Verum [v] nobis, qui exactam somni naturam inuestigamus, non admodum arridet, illa enim natura somni non exprimitur, & in duobus deficit, in primis quia sōnus non est reditus alioquin esset motus, secundo [x] quia in secunda, & postrema parte somni calor iam expanditur ad exteriora, facta iā regeneratione sanguinis, & spirituū, & illā extra lationem necessario spiritus insequuntur, vnde fit, vt melior [y] & magis cōsentanea rationi appareat definitio, si dicamus somnus est quies sensuum, & cessatio suarum actionum, ex impotentia, & ligatione primi sensorij orta. [z] Quam definitionē optimam esse iudicamus quia cum vigilia non sit aliud quam aptitudo ad agendū, nata ex potentia primi sensorij, reliquū est vt natura somni in opposito sit constituta, nimirum in ineptitudine ad operationes sensuum, & eorum quiete orta ex impotentia eiusdem primi sensorij.

v Reijcit Aui. definitio de sōno l. 3. tr. 4. c. 1.

x Vide lib. de vti. respi.

y Hæc somni definitio est verior.

z De somno vide plut. de placitis philosoph. Macro. de sōnio scip.

Istam definitionem Auicenna memoriæ consecrauit in opere cantico, [a] & Auerroes in enarratione cantici, & in secundo collect. capite. 21. [b] & Paulus AEgineta libro primo capite 93. [c] qui omnes Galenum le-

a Cant. 1 57.

b Aue. l. 2. ca. 21.

c Pau. l. 1. c. 93.

gentes eam ab eodem Galeno desumpse-
runt libr. 2. de motu muscul. & libr. 1. d de
sympt. causis & 4. libro capit. eiusdem nu-
meri.

d li. 1. de sym. cap. 8.

Constat igitur, quæ sit sõni natura, & es-
sentia, nunc idem est exactius examinan-
dum, dicendumque est, quanta sit eius vtili
tas e Gale. propositã dubitationẽ dirimit li
bro primo de sympt. causis cap. 8. in §. est
etiam alioqui consentaneum illud quoque
animalis membrum aliquando quiescere, in
quo rationalis anima principium habet, &
paulo infra in eodem capite, sic scribit,
ad ea vero, de quibus nunc agitur illud ad
rem pertinet, quod cerebrum vbi quiesce-
re à multa operatione vult, naturalem som-
num animali inducit, quod f etiam magis fa
cit, cum nutrix in eo virtus largum humo-
rem, quo fruatur, habet, constat igitur
ex his locis, quæ sit vtilitas somni, & quam
necessarius pro vitæ conseruatione, nam
si animalia non dormirent, cum g vigi-
liæ admodum resoluant citissimè calor, &
spiritus dissiparentur, & vita periret, nec
tam exacta alimentorum concoctio posset
peragi, si quidem illa retractio caloris ad in
tima, quæ fit in prima parte sõni h maximè
pro-

e Gal. lib. de sym. cau. c. 8.

f Vide Ga. l. 3. de cau. pul. c. 10. & Aui. fe. 3. l. 3. tr. 4. c. 8.

g Vide Ari. de som. & vig. & 3 Aph. 28. li. Art. Med.

h vide Aui. 1. cal. can. 135.

prodest ad coctionem alimentorum, & ad viscerum robur, & firmitatem, quod [i] intelligens Galenus inter laudes, quas somno attribuit, hanc vnam vt potissimam recensuit, libro primo de Sympt. causis sæpè à nobis cit. dum inquit. Igitur in toto eo tempore videtur animalis facultas quiescere, naturalis autem vehementius operari, quæ iure optimo à Galeno sunt asserta, nam dùm facultas animalis feriatur, & à suis operibus cessat quis negabit fere totum calorem colligi, & eo collecto naturalem vim fœlicius operari? At dices, quem terminum eius me dici constituant [k]? Respondemus somnum prolixũ nostræ naturæ admodum nocere, teste Hipp. 2. Apho. [l] 3. somnus & vigilia modum si excesserint, malum sic egregie dictum est ab Auerroe lib. 3. collect. [m] dũ agit de somno, priuatio à somno est vna ex rebus, quæ vitam perdere faciunt, si tamen eo plus iusto vtamur, plurimũ nocet, quod non siluit Haliabbas, in libro Theo. [n] in his verbis, somnus excedens in temporis qualitate multum nocet, quoniã virtutes eneruat [o] animales, atque debilitat, corpus refrigerat, humectat calorem naturalem resoluit, & præcipue si fiat ventriculo vacuo, &

i Vide Arg. de somno, & vigilia & Auicē. fen. 1. prim. d. 2. ca. 13.

k Vide Gal. 6. de sani. tu. c. 5. & Au. in lib. de remou. nocu. t. 1. ca. 2.

l Lib. 2. Aph. 3.

m Auerro. li. 3. collect.

n Lib. 5. Theo. cap. 35.

o Vide. Galli. 4. Aph. 67. 7. Aph. 67. Vide Au. p. 2. cant. 38. & fe. 3. li. 1, d. 2. c. 9.

inani propterea quod si ventriculus sit vacuus, & longo vtaris somno, calor deficiēte alimento ad humiditatem natiuam, & ad roralem conuertitur, eamque exurit, & dissipat, & tandem absentia subiecti calor se interimit, & corpus refrigeratur, vt appositissimè scriptú est non solū ab Haliabate, [p] sed etiam ab Auic. in 2. primi §. & si inuenerit vacuitatē, infrigidabit, propter hoc, quod resoluit. Adde somnum memoriæ maximū inferre nocumentum, si prolixus est, vt est testis Auice. prima textij tract. 4. & sensibus omnibus caliginem, & tenebras infundere, nauseatiuam satietatem importare, si fides est habenda experimento, & Auicen.

Ex his colliges egregie interpetratū fuisse Auerroem locum Auicennæ [q] cat. 1. dū inquit, Auicēnæ contextum, (qui habet, somnus corpora relaxat, & infrigidat;) esse de somno prolixo intelligendum moderatus [r] enim tātum abest, vt corpora relaxet, & infrigidet, vt potius ea calfaciat, & corroboret. Quare, vt dubitationi respondeamus pro certo habeto hac in re, vt in plerisque alijs [s] Terentij sententiam esse amplexandam qui ait, [t] ne quid nimis. Verū enim vero hoc vnum aduerte, quod, quemadmodum

p Vide Aui. 2. p. doct. 3. c. 12 & fen. 2. pr. d. 2. c. 13. §. & si inuenerit, vide Aui. ibidem & 1. li. 3. t. 4. c. 14. prima 3. t. 4. c. 14. vide f. 3. li. 3. t. 4. c. 4. Fen. 13. 3. tr. 2. ca. 6.

q Cant. 13.

r Vide gal. lib de Caus. pul. c 9. & Aui. 1. pa. Cant. 136.

s Terent in Andria.

t vide li. 2. de sa. tuenda, nō esse vtendum semper eodem medicamento.

dum

dum in corporum purgatione, & morborum medela non semper vno, eodemque medicamento, aut inedia, vtendum est, sic in omnibus hominibus somni, & vigiliæ nō debet esse vnicus terminus, & limes, sed pro [u] tēperaturæ diuersitate somnus metiē dus est, nam biliosi homines, vt pote calidi, & sicci, ac proinde minus somniculosi somno magis indigent, pituitosis, qui frigidam, & humidam habent temperiem, & ad somnum magis pronam breuior somnus conuenit, & sanguineis minus quam melancolicis, quia hi crassam, & siccam, frigidāq; temperaturam sunt sortiti.

v Qui terminus sit futurus somni.

x optima tēperatura ipsa sibi est regula vt dicunt.

Alterum [y] est, hoc loco enarrandum, super quod latus dormiendum, princeps Auicenna [z] docet esse dormiēdum super latus dextrū & à dextro in sinistrum, vera est Auic. sententia, & à multis inculcata, eam scripsit [a] Arist. in Regimine ad Alexandrū & libro 3. & 5. probl. probl. 6. & alibi, & Aui. [b] in 13. 3. cap. 5. & Rasius lib. 25. cont. cap. 5. et Turisanus libro 3. artis medicinalis tex. 19. §. temperatura & cæt. idem scripsitauit Rasius libro eodem capite 25. & Aristot. 2. Probl. probl. 30. & lib. 11. probl. 12.

y Dubium.

z Vide Aui. fē. 3. 1. d. 2. c. 9.

a Arist. in reg. ad Alex. & l. 3. prob. probl. 6.

b Aui. fen. 13. 3. ca. 5. t. 3.

Vide Arist. li. 4. animal.

Arist. 11. par. prob. prob. 12

ET *Cibi quidem mensuratio existit, secundū*

 vsum,

vsum, & virtutem & vt mensura eius in eo, qui sanæ est virtutis, sit talis, cum ipsum recipit, qui ei grauamen non afferat, & hyppocondria non tendantur, nec insiet, & rugitum non faciat, nec natet, & non accidat ex ipso nausea neque caninum desiderium, nec casus neque ingenij pigritia, neque insomniatas, nec ipsius sapor in ructibus post tempus relinquatur, quoniam cum longo tempore sapor in ore repertus fuerit, erit deterius, declaratur autem quod cibus fuerit in debita quantitate ingestus, cum ex ipso non prouenit magnitudo in pulsu, & in anhelitu paruitas, hoc namque non accidit, nisi propterea quod stomachus comprimit diaphragma, & propter hoc fit anhelitus paruus, & inspissatur, & cordis necessitas, & præbet augmentum, magnificatur ergo pulsus, quoniā in virtute non existit imbellicitas.

SCHOLIA.



Limenta si in maiori quantitate ingerantur quam pro ratione sit, corporis, & capitis d hypocondriorum inferunt grauitatē, nauseatiuæ satietatis solent esse causa, quam ob rem alimentum ingeri debet virtutis & caloris vi, & tenore consideratis: nam si illud in maiori quantitate accipiatur, quam opus sit,

¶ Quid faciāt alimēta in maiori quantitate quam par sit deuorata.

sit,teste Galeno libro [e] de causis morborũ cap.3.refrigerabit per marcorem, & caloré innatum diminuet:si maius sit , quam par est,& quam confici posit ab innato calore, innatum calorem extinguet ipsum suffocã do,quod cum consideraret Galenus, [f] asseruit quantitatem alimenti ingestam,[g] ita vt respondeat vi caloris innati hominem excalfacere,&sanum seruare, vnde intelligetur locus eiusdem Galeni [h] lib.de temperamentis, quando ait vinum si bibatur, plus quam vinci posit à calore innato, tantũ abest,vt hominem calfaciat,vt potius frigidos morbos procreet lethargum,[i] paralysin,cóuulsionem &cęt.[k] Quæ mala nec vinum, nec alius potus,aut cibus in debita quantitate assumpta non generabunt, alimentum nanque si sit in debita quantitate ingestum nihil nocet,sed [l] maximè prodest, pulsus fit magnus facultate vitali refocillata æqualis, testante Galeno libro 3. [m] de caus. pul. & Hip.in eodem loco,& Auicenna in fen. 2. primi doct.3.capite.11.§.& quantitate quidem quoniam si æqualia fuerint, fit [n] pulsus in magnitudine augmentatus, & velocitatis maioris, & spissitudinis propter augmentum virtutis,& caloris, &c. hoc etiam nos

e Lib.de cau. mor.c.3.

f Li.3.de tem. c.4.& 8.

g Quæ quantitas alimenti hominem sanũ conseruet.

h Li.3.de tép. c.2.

i Vinum immodicũ quos morbos pariat

K Vide Auic. par.2.can.t.2. 182.

l Quid sit quãdo cibos,vt cõuenit est assũptus.

m li.3.de cau. pul.c.16.Aui. fen.2.1.d. 3. c.11.

n Post cibum qualis fiat pulsus vide lib.de pul.ad tyron.

docuit [o] Rasius, ex Authoritate Galeni, quando dicebat & cibus, qui nullum adfert nocumentum, (supple ex parte quantitatis aut qualitatis) pulsus fortitudinem vehemẽter adauget, & ipsius spissitudinem, &cæt. hinc colliges rectè scriptum esse libro. 8. Actuum apostolorum, assumpsit cibum, & confortatus est, de hac re vide [q] Sauanarolã de pulsibus Rubri. 6.

o Rasius. l. 11. con. & lib. 10. ad Alm.

q Sana. de pul. Rubri. 6.

Ille præterea, cui post comestionem accidit caliditas, & calefactio, nõ vna totum comedat hora, sed paulatim per internalla, propterea, ne ei ex repletione accidat dispositio, quæ sit sicut tremor, quem postea sequatur calor, sicut fortis febris, cum calefit cibus.

SCHOLIA.



Ocet Aui. curatiuam sententiã, qua ait, si quis post cibi ingestionem calorem perpetitur, & partium inflammationem, [r] oportet sanitati consulat, & alimentum non vna vice sed multis deuoret, alioqui tremorem calorem quendam quasi febrilem patietur, sed dices [f] vnde hæc calfactio extranea, & pere

r Quando alimentum partiendum.

f Dubium.

peregrina proueniat? Respondeo, quod illa oriri solet in hominibus, qui ventriculos calidos habent calore alieno, ac proinde calorem natiuum diminutum sortiuntur. & tūc u quia alimentum humidum super stomachum valde calidum ingeritur, humiditas ipsius cibi effumat, & vsque ad extrema peruenìens ea excalfacit, [x] Gentilis hoc loco docet hoc esse simile ei, quod in hæctica cō tingit, in qua teste Galeno [y] libro. 2. prog. 60. post comestionem vsque ad corporis extrema quædam [z] inconsueta excitatur caliditas, non secus ac in calce euenit, dū aqua frigida perfunditur.

Solutio dubij.

u Declaratur Auic. locus.

x Gentilis ratio, aut similitudo.

y Ga. l. 2. pro. 60.

z Vide l. 1. de differ. feb:

Amplius, qui quantum ei sufficit, digerere non potest, comedendi numerum multiplicet, & quantitatem minuat.

SCHOLIA.



Eneralissimum [b] in cibatione tradit documentum, quo vtendum est in illis, qui ventriculum habēt debilem, & in senibus [c] quos parca, & frequenti cibatione cibare oportet, vt elicitur ex Galeno lib. primo [d] aph. & libro

b Vide ll. 2. de ra. vict. a. 36. & l. 1. de dif. respirat. c. 9.

c Quomodo senes sunt cibādi, vide etiam l. 1. de sa. tuen. & l. de sal. die. d Li. 1. ap. 13. & 17. l. de rem. aff. c. 6.

bro de Renum affectibus & de eorum medicatione cap. 6. exemplo lucernæ fere extinctæ, quam eo citius extingues, quo maiorem olei quantitatem instillaueris, e onus portanti simile esse debet, vt testatum est à Galen. & passim decantatum lib. de pleni. cap. 2. §. non posse pusillum aliquem infantem & cæt,

e Onus portanti simile esse debet.

Melancholicus [f] *præterea nutrienti indiget vehementer humectāte & perum calefaciente.*

f L.1. de Bon. & mal. succ. c. 10 & lib. 6. de san. tuend. c. 4. & ll. de disso. cōt. cap. 1.

SCHOLIA.



Si vera [g] est Galeni sententia lib. de Art. curat. cōment. 7. §. demō stratum verò est, & cæt. & libro 8. met. cap. 9. §. si quidem [h] quod naturaliter se habet custodire, quod præter naturam tollere oportet cæt. Quare auice. [i] in præsentiarum contrarijs vtitur, dum scribit melancholicum indigere cibo humectāte, & calfaciente, nonne temperatum melancholici, cum sit naturalis, similibus indigebat? Vt soluas dubitationem, aduerte nullam esse repugnantiam, nàm vt Galenus aduertit [k] duplex intentio circa sanos, nobis esse solet, aut custodire corpus, aut cor-

g Ll. de Art. ad Glau. c. 7. & ll. 8. met. cap. 9.
h De melancholicis vide Auic. fen. 1. 3. tract. 4. c. 20.
i Dubium. vide hic de cōtrariorum vsu ll. 6. Ep. sect. 3. t. 27. Solutio.
k Duplex intētio circa sanos.

poris

poris temperaturam meliorem facere, si ergo [l] horum contrarium facere studemus, temperata temperatis erunt danda, & calida calidis, & frigida frigidis, vt Isacius docuit libro diæt. capit. primo, & Galenus [m] multo ante: si autem temperaturam infœliciorem, & integriorem reducere conamur, id certè machinandum est, vt nos in præsentiarum docuit Auicenna, & Galenus libro. 3. artis medicinalis, hæc via procedendi securior est, si fides est habenda [n] Galeno, quis [o] enim negabit simile additum simili non facere ipsum furere? quod cum perspicuum esset Galeno, iure optimo scripsit libro [p] primo aphorism. 16. naturas à similibus offendi, & à dissimilibus iuuari, quę verba procul dubio non sunt intelligenda, nisi de naturis distemperatis.

l Quando volumus temperaturam conseruare, quid sit faciendum.
m Li. 6. de san. c. 4. vide pau. l. 3. c. 14. & Ha li. 5. pr. c. 23.
n Li. 2. de fac. ca. 8.
o Quæ harum viarum sit securior.
p Li. 1. ap. 16. & l. 3. eiusdem operis tex. 3.

CHolericus vero, eo, quod humectat, & infrigidat, & ille quidem in quo sanguis calidus generatur, & bonus nutrientibus indiget frigidis, & pauci nutrimenti, & hic, in quo sanguis generatur flegmaticus nutrientibus pauci nutrimenti indiget, in quibus caliditas sit, & subtilitas.

Ga. l. de bon. & vit. su. c. 10. & l. de dis. cō. ca. 1.
vide quæ faciēt sanguinē biliosum apud Au. 1. p. cant. 127. 6 de sanitate tuenda. ca. 4.

SCHO-

SCHOLIA.

Tex. enarratio.



IC studet Aui. has temperaturas meliores facere, & Hippocratis, & Galeni toties laudatam sententiam, atque vsurpatam imitatur, ea est contraria contrarijs esse curanda, quam egregiam sententiam, & quotidie in praxin vsurpatã Hippocrates literis tradidit libro de salubri diæta per priora capita, & Galenus lib. 1. de sani. [f] tuenda ca. 7. nec non idem Hippocrates libro de flatibus & iterum illius meminit Galenus libro. 1. Ep. sect. 2. tex. 7. libro de Articul. coment. 7. & lib. de ijs, quæ in medicatrina fiunt, comment. vlt. nec illius fuit ignarus noster Aui.

f Lege l. de cõ. artis c. 12. lib. de flat. non lõge á principio & l. 1. de sym. caus. c. 5.

Ait igitur [t] Au. in presentiarum biliosam temperaturam humectantibus, & refrigerãtibus cibis indigere, vt intra limites sanitatis conseruetur, pituitosam vero naturam solis cibis calidis, & subtilibus reficiendam fore, vtrumque documentum particulariter scripsit Hippocrates lib. de salubri [u] diæta, text. 4. & 7. & Galenus libro primo de sanit. c. 7. §. nam sunt qui humidiores tempera-

t Quales cibi biliosis sint vtiles.

u Lib. de salu. diæt. tex. 4. & 7.

peraturas siccādas semper putent, sicut edi
uerso quæ frigidiores sunt calfaciēdas esse,
madefieri debere, quæ sicciores frigefieri,
quæ calidiores,[x] quippe similibus quemli-
bet excessum augescere, contrarijs remitti
ac minui hoc est, quod dicebatur libro [y] de
const. artis per contraria ad bonam tempe-
raturam reducenda esse, quæcunque à natu
rali situ euasere, & hoc idem insinuabat li-
bro. 5. de san. cap. 12. §. est autem id, vt eas
corrigas quidem contrarijs &c.

x Quando sit vtendum contrarijs.

y Ca. 11. & li. 1. de cau. sym. c. 5. vide li. 5. meth. c. 1.

Illud tamen hoc in loco tacendum non
est Aui.[z] addidisse nō immerito in præsen
tiarum verbum bonus quia si sanguis cali-
dus generatus bonus atque integer nō fue
rit, nequaquam solum attemperantibus est
vtendum, sed opus est euacuatione, etenim
vt est docta Galeni sententia libro 4. de va-
letudine[a] non omne excrementum recipit
alterationem à natura sed foras expelli de-
bet,[b] cum naturæ gratiam non posit reci-
pere vt infra patebit.

z Quare Auic. addidit vocabulum bonus ostenditur.

a Cap. 3.

b Non omnia posse alterari à calore.

NVtrientia præterea ordinem in sui recep tione habent, in quo sanitatis [d] *conserua tor solicitus esse debet, ne illud quod subtile est, & cito digeratur, post forte nutriens, quod sit*

d Fe. 4. c. 1. Haly. 1. pra. c. 6. vtēdū esse in alimētis ingerēdis ordine.

ea

eo durius in cibo sumat, quia prius digeritur quam ipsum, & super illud natabit, non habēt viam, qua penetrent putrefiet ergo, & corrumpetur, & corrumpet illud, quod ei admiscetur, iste [e] etiam non primo comedere debet, cibum labilem, ita vt post ipsum cibum fortem, & durum in cibos sumat, quoniam cum ipso labetur cum ad intestina penetrabit, eo nondum tam integre digesto, quantum debebat.

e l.de diff.cō. c.2.

SCHOLIA.

f Cōtrouersia.



Ontrouersa [f] est sententia, & à multis hucusque in dubium agitata, eam proponit, & discutit gētilis hoc loco & nos pro viribus elucidare conabimur, quod igitur nullus sit ordo seruandus, his rationibus videtur suaderi prima ratio.

In illis non debet seruari ordo, quæ debēt cito commisceri sed diuersa cibaria vbi sunt in vētriculo ingesta, & ibi per aliquod tempus sunt immorata, debent ad inuicem permisceri, ergo in illis non est aliquis seruandus ordo minor probatur ex Auicenna [g] cap. de vir. digestio fit per commistioné, eadem minor poterit probari teste Galeno

g Fen. 1. pri. mi. d. c. 6.

libro

libro primo aph.15. concoctio quæ fit in vẽtriculo, similis est elixationi, quæ fit in olla, sed dum intra ollam diuersæ carnes ingerũtur, illæ breui tempore cõmiscentur, ergo adde in illis, quæ sensu apparent docente Arist.[h] mentis inertiæ esse rationem quærere, sensui manifestum est, chilum dum ore euomitur, quanuis sit ex diuersis generatus cibarijs, nullum ordinem habere, sed esse admodum commistum, pars affirmatiua quæstionis authoritatibus, & rationibus confirmabitur, quare sit conclusio.

h li.7.phys.

Conclusio.

In alimentis intra corpus ingerendis si admodum sint diuersa ordo est seruandus. Hanc conclusionem proposuit Galenus li. 2.[i] de aliment. facultat. §. satius enim fuerit scire ex ijs cibis qui ad excretionem incitãt, posteriores[l] quidem sumendos esse, qui tarde permeant, omnium autem primos, qui celeriter peruadunt &c. eandem constituit libro[m] eodem cap.19. vbi sic ait, & quæ subduci facile queant, id communiter tenẽdum ea ob id ipsum ante alios cibos esse sumenda, ita enim fiet, vt & citius subducantur, & alijs cibis viam muniant, & reliqua, in eadem fuit sententia Rasius[n] libro.25. con. quam eandem sententiam insinuabat Hip-

i li.3. de al.fa. ca.11.

l Cibi difficilioris & crassioris substãtiæ quãdo sũt sumendi.

m li.2. eiusdẽ operis c.19.

l. de bo. & vit. succ.

n Ras. libr.25. cont. c.1.

o M. l. de pur. medicam.

pocrates, quando dicebat, vane o & negligẽter traditi cibi perturbant homines, & faciunt ægrotare, eidem sententiæ astipulatur Haliabbas, p Isacius Israelita vocatus, qui libro de vni. diæt. sic profert q oportet à cibis incipit leuioribus, & ad digerendum facilioribus, postea grossioribus, & duriori bus diætare, vt cum descendit subtilis, coquatur, & non offendatur, & non sit, à quo retineatur.

p Isacius li. de vni. diæt.

q Incipiendũ à cibis facilioris coctionis. l. de diff. con.

r Prima ratio.

Rationibus r hoc ipsũ poterit corroborari, prima ratio hæc sit diuersa cibaria vna mẽsa accepta nocent, ergo cum ordine deuorata minus nocebunt.

s ecũda ratio.

Secunda s ratio si ordo non seruaretur, in cibarijs diuersis edendis vniuersa corrũperentur, vt elicitur ex Galeno lib. 2 de ali. facult. t & sic egregiè dictum est ab Isacio loc. cit. cibus corrumpitur, cum accipitur initio grossus, & ad digerẽdum tardus, post autem subit subtilior, u & digestioni facilis, qui ex leuitate sui, cito digestus, & exire cupiens à grauiori egredi prohibetur, immanet ergo aliquandiu, & mutatur in fumositatem, & generatur cholera in stomachis calidis, vel mutatur in acetositatem, & putredinem, quibus stomachus est frigidus, quæ verba

t Cap. 19.

u Cibi crassi si sumantur prius quam tenues, quid faciant.

verba luce clarius nostræ conclusionis veritatem patefaciunt, quare x ad argumenta accedamus, ad primum dicendum est, alimenta in y ventriculo non ita commisceri, quemadmodum carnes in olla, nam carnes ita commiscentur in olla, vt locum mutent, & quæ erant in parte superiori collocatæ imam ollæ petant, & quæ existebant in inferiori sursum eleuĕtur vi caloris & eius actione alimenta autem diuersa non commiscentur ita vt mutent locum & situm, quem semel receperunt.

x Ad argum.

y Non coquũtur cibi in ventriculo, vt carnes in olla.

Et ad locum Galeni respondendum est non esse omnimodam similitudinem inter elixationem, quæ fit in olla, & coctionem ventriculi, non negamus tamen aliquam similitudinem inter hæc reperiri, quia, vt ex olla, ebulliente ad coopertorium ipsius ollę halitus, & fumi eleuantur, sic ex coctione ventriculi, halitus, & vapores ad caput ascĕdunt, qui caluariæ & cerebri frigiditate infrigidati capiti negotium facessunt, & somnum sæpe conciliant.

Ad alterũ argumentũ dicĕdũ est, quod quando cibus est vniformis simul expellitur, nõ autĕ quãdo diuersa sunt cibaria ingesta ex his patebit solutio ad alias obiectiones

PIsces quoque & quæ eis similantur post laboriosum exercitium non sunt comedendi, corrumpuntur & corrumpent humores, quare ab illis tunc est cauendum.

SCHOLIA.



Vemadmodũ inter carnes quædam sunt faciilioris coctionis, & quædam difficilioris, sic inter pisces euenit, quare pro exacta contextus explicatione de piscibus nõnul la sunt pertractanda.

b Pisces à bonitate carnis multũ distãt.
c Vide li.6.de vsu par.
d Ra.l.25.cõ. c.425.
e Lib.5.theo. c.25.
f Au.in 2.cen. c.556.
g Pisces frigidæ sunt naturæ, & difficilis coctionis.

Pisces [b] à bonitate carnis admodum distant, & plurimum ab eius temperie sunt remoti, [c] natura enim piscium frigida est, & humida quemadmodum eleganter ostendit [d] Rasius libro.2? . cont. in qua sententia fuit [e] Haliabbas libro.5. theoricæ & Au. [f] in 2. Canone vbi pisces, quo sunt recentiores, & minus saliti pituitam generare, & mollitiem neruis inferre asseruit: idem sentit Rasius libr.7. cont. & libr. 4. ad Alman. quando ait pisces [g] frigidæ esse naturæ, & diffi-

difficilis digestionis,& paulo infra scribit so lum conuenire illis,qui h calidum ventricu lum sortiuntur,quia bilem flauam in ven- triculis eorũ coaceruatã extingunt, & eorũ sunt medela,& hæc est causa,ob quam Ra- sius ipse alibi,& Isacius i agens de piscibus di cebat eos parum nutrire, & sanguinem pi- tuitosum generare,quod non siluit Auer- roes k qui in libro.5.suorum collect. me- moriæ tradit sanguinem ex piscibus genera tum facillimæ esse corruptionis.

h Quibus sint vtiles pisces.

i Isa.c.1.& c. 6.

k Aue.l.5.col. quod sanguis ex piscibus generatus sit facillimæ putrefactionis.

Sed cum pisces in multiplici sint diffe- rentia,& quidam minus noceant, quam al- teri,& alij sint laudabiliores,& integriores, aduertendum est l pisces maris, teste Auic. esse laudabiliores,& præcipuè si sint in mari generati,cuius fundus est lapideus,aut are- nosus,quæ etiam fuit sententia Galeni lib. 3.m de aliment.facult.cap.19.& lib de bo- ni.& vit.succorum cap.9.§. horum autem, qui in purissimo mari degunt, suorum con generum sunt præstantissimi,idem censuit, vt iam dictum est libro de bonitate,& vitio succorum §.culpa nenim prope carent, qui cunque in mari versantur, dulcis aquæ ex- pertes,cuiusmodi sunt,quos pelagios, voca- mus,& saxatiles,qui cæteros succi bonitate,

l pisces maris sunt laudabiliores.

m Li.3.de fa. ali.c.19.

n.pisces saxatiles fere esse inculpabiles vide l.2.de tẽp. c.6.& l.3.de ali.fac.c.28.

ac ſuauitate longe antecellunt , &c. quod cum intellexiſſet Iſacius aſſeruit marinos piſces, qui creati ſunt in locis petroſis , aut arenoſis, marinis , [o] eſſe laudabiliores inter omnes piſces, etiam maris, & iure quidem hæc à tantis viris ſunt poſteritati commendata, quia [p] non alia ratione piſces nocent, & ventriculo ſunt moleſti , niſi quia piſces multa humiditate ſunt referti quæ aquæ ſalſæ commercio diminuitur.

Propter iſtam cauſam piſces dulcis aquę in locis petroſis orti, rapidiſque fluuijs generati, laudantur vt eleganter ſcripſit Galenus lib. 3. [q] de aliment. facult. §. eorum autem qui in fluuijs generantur, [r] præſtantiores ſunt, qui in fluuijs gignuntur, qui rapidè mouentur, &c. Ratio eſt, quia piſces in huiuſmodi fluuijs petroſis, & rapidè fluentibus generati, continuo ſe mouent, & fluctibus & vndis vehemẽter agitati, ſe ſe exercent, [ſ] quo exercitio, & motu mollities aufertur, & carnis ſubtilitatem ſuſcipiunt, vnde intelliges, [t] quæ fuerit cauſa ob quam Galenus loco ſupra cit. & lib. de euchimia cap. 9. cõmendet piſces ortos in fluuijs ad boream ſpectantibus, & reprobet illos, qui in paludibus, & ſtagnis naſcuntur, facit nanque

o piſces generati in locis petroſis quales.
p vide l. de dicon. piſces cur noceant.
q li. 3. de alim. fa. c. 25.
r piſces orti in fluuijs, rapidè motis quales.
ſ Exercitiũ & motus aquæ piſcibus quid faciat.
t de natura & differentia piſciũ vide Paul. Iou. & D. Am. exam. & Rho. l. de fluuiatilibus, & Ael. li. 5. [illegible]

que ad piscium donitatem exercitatio, quæ fit dum aqua ventorum procellis agitatur, & multo magis sunt repudiandi, pisces, qui in stagnis detinentur, ex paludibusque aquę ex quibus nihil effluit, sed stabilis est, & penè immota.

Non [u] minus sunt abijciendi illi, qui in aquis limosis ac sordidis degunt, & in fluuijs, qui latrinas, expurgant, aut culinas, aut balneas, ac vestium ac linteorum sordes, & præcipuè si [x] vrbs populosa fuerit, docente Galeno & hac de causa dicebat Auicen. agens de pastu piscium pisces, [y] qui vescuntur herbis recentibus, & radicibus, plantarũ meliores esse illis, qui comedunt sordes, quæ proijciuntur ex ciuitatibus ad loca infusionum, quod quidem non ignorauit Isacius libro de par. diæt. Quãdo sic refert, pisces olera pascentes vel radices vel grana bonum dant nutrimentum, fitque [z] illorum genus ad comedendum vtile, e contrario sunt, contraria pascentes, sunt enim pisces, aliqui lutũ, & immunditiem edentes, ideo corruptibiles sunt, malũ habentes saporem & horrorem, digestioni male obedientes, quare ad contextum præ manibus habitum Auic. [a] redeuntes dicimus esse intelligendum

u De piscibus venenosis vide Au. fe. 6. 4. t. 3. c. 10. & Haly. 4. pr. c. 48.

x Li. 3. de ali. fac. c. 30.

y Vide l. 8. meth. c. 2.

z Quorum pisciũ genus sit vtile hinc colligitur & infra sigilatim explicabitur.

a Au. littera interpetratur.

dum de illis, qui non sunt tam facilis coctionis, vt sunt marini & pelagij, & saxatiles, cæteri nanque cum non sint tam facilis coctionis, & humidi cum sint, si post fortem laborem (quo calor naturalis aliquantulum dissipatur) accipiantur, cum non possint à calore vinci, reliquum est, corrumpantur, & inde graues morbi prouenıant.

Ga.... dist. cont. c. 22. quæ sunt stomacho vtilia aut inutilia vide fe. 13. 3. to. 2. c. 35. ventriculi temperatura consideranda.

Hominum præterea sunt quidam, quibus conceditur comedere illud, in quo existit virtus stiptica, anteaquam suum comedant cibum, & isti sunt quidem stomachi laxitatem, habentes, ex quorum stomachis cibi descensus fit velociter, & non in eis moratur, donec digeratur, quapropter stomachus, & eius cõplexio semper est consideranda.

SCHOLIA.

c Quando ordo in cibatione sit immutãdus.



Ocet cplærumque pro sanitatis cõseruatione ante aliorum ciborum esum stiptica comedere, vt firmitas & robur ventriculo iniungatur, & laxitas omnis deponatur, huius habemus egregium exemplum apud Gale. li. 2. de alimen. facultat. dquo loco enarrat histo-

d Ga. lib. 2. de ali. fa. c. 22.

historiam Prothæ Rectoris, hic enim Rector aliquando apud Galenum fuit côquestus ventrem sibi post esum pomorum, ac pyrorum austerorum deijci, cui malo Galenus ait se obuiasse victus, & refectionis ordine immutato, pyraque & poma austera in prima mensa exhibuisse, intelligebat namque Gal. (vt refert loco cit.) [e] ventriculos imbecillos non esse in secunda mensa reficiendos, sed in principio refectionis roborantibus, & [f] astringentibus indigere, alioqui cum astringentia ab homine assumuntur, imbecillis stomachi, aluus turbabitur, & largiter deijcietur, quæ cum ita sint, oportet, vt ventriculi dispositio consideretur, & status, nonnullis siquidem in prima mensa cô stringentia, alijs vero relaxantia sunt idonea vnde non possum non admirari Galenum, qui libro de ratione victus attenuante, & alibi [g] sic in discriminatim de stipticis alimentis locutus fuerit, dicens ventriculis cô ferre, & debiles iuuare, quæ certe verba à tanto viro non erant inculcanda, nisi cum quadam moderatione, vt omnis ambiguitas euitaretur.

quę stomachū corroborēt vide apud Ga. l. 6. de sa. tuen. c. 10. vide multa noratu digna ad stomachi debilitatē l. 8. lo. ca. 4. 1. & apud Au. se. 13. 3. t. c. 5.

e vētriculi debiles quomodo sunt reficiēdi.

f Vide Cel. c. 8.

g Gal. l. 5. de vsu par. c. 4. Gal. fuit immi nutus l. de rat. vic. atte. c. 10.

EST etiam aliquis hominum in cuius stomacho cibus corrūpitur subtilis, qui cito digeri

Gal. l. de diffo. cont. c. 1.

vi solet, & fortis, qui tarde solet digeri, in ipso digeritur, & [l] *hic quidem est, cuius stomachus est igneus & ex his est, qui huic existit cõtrarius, quorum quisq; secundum suum vsum est regendus.*

l Fe. 16. l. 3. tr. 1. c. 2.

SCHOLIA.

Vide Hic Cel. l. 2. c. 18, in calce. Ga. li. 2. de fa. ali. c. 6,



Imilem sententiam scripsit Galenus lib. 2. de alim. fac. §. veluti hominibus quibusdam accidit, qui calorem natiuum habent non humidum, nec bene temperatum, sed squalidum, atque igneum hi enim, quæ alij facillime concoquunt, facile alterata ea corrumpunt, ructusque eis accidunt omnio nidorolenti, &c. quare, [l] vt nocumentum hoc subterfugiatur, opus est vt quisque secundum suam consuetudinem regatur, idem voluit Rasius 4. [m] ad Alm. §. summopere est obseruandum, vt cibos consuetos quisque accipiat, & toties edat, quoties consueuit, in hac fuit sententia [n] Aui. in 13. 3. tra. 4. dum consuetudinis habendam esse rationem consulit.

l Vnusquisque secundum suã consuetudinẽ regendus.

m Ras. l. 4. ad Al. c. 4.

n Au. 13. 3. tr. 4. vide fen. 3. prim. d. 5. c. 1.

REgiones quoque naturas habent proprias, & vsus sunt res extra rationem.

SCHO-

SCHOLIA.



IN omni cibo considerandam esse naturam regionis docuit Galenus, [o] & multa cum ratione, nam vt ait Mesues, [p] in suis canonibus vni. cap. primo locus est ex maximè efficientibus ad generationem, & [q] & acquiruntur per ipsum dispositiones, & proprietates in rebus: videmus namque multas plantas, & herbas natas in quibusdam locis esse malas, & quod maius est, [r] venenosas esse, in alijs autem locis ortas omni vitio, & venenositate carere, vt patet in hermodactilis, locis humidis, nascentibus, & in illis, qui in montibus reperiuntur, quorũ hi omnis malitiæ sunt expertes, illi vitiosi habentur, nauseam, & alia symptomata periculosa generantes. Sic de [s] turbith, sic de colocynthide arbitrandum, colocynthis nanque in locis thermarum generata ab omni vsu Medico explodenda est, quod non debemus iudicare de illa, quæ circa foueas ciuitatis nascitur. Idem dici poterat de malis Persicis quæ [t] in Persia fructus erant venenosi & citò interimebãt, qui eos comedebant,

o Gal. lib. 1. de aliment. facul. cap. 18.
p Mesues in cã. vni. can. 1.
q Vide multa digna lectu apud Syl. li. de medi simp. natura lib. 1.
r Vide Aui. li. 2. t. 2. c. 343. & Rasin. vlt. cõ. t. 1. c. 362. & se rap. c. 194.
s De turbit vide Au. in. 2. cã. c. 701. & sera. c. 320. & Ra. c. 729. vlt. cõt. de colocynt. vide ga. ã cat. medi. & li. 10. loc. c. 2. diosc. li. 4. c. 158.
t Vide Diosc. li. 1. c. 146. & Plutar. & virg. Marc.

bant, in Ægyptum verò translati facti sunt esculenti, & vsui apti, non minus quam pyra, & mala docente Galeno [u] lib.2. de alim. facul. & Auic. in 2. ca. tract.2 .cap.22. Quāta quidem est regionum, & locorum virtus, & robur, dictum est subtacitè à Mes. [x] cā. cit.§. & credo, quòd dispositio loci vel aspectus regulantium nō similiter est hic, & ibi. Hac [y] de causa procuratione morborum, & pro tuenda & conseruanda sanitate oportet medicus naturam regionis, in qua degit æger, exploratam habeat, nam vt insinuabat Galenus [z] lib.7. Meth. ad alimentum suggerendum regionis habenda est ratio quod quidem multo ante scripsit Hyp. libro de aere, aquis, & locis [a] §. hominum in super dięta perquirenda, qua maximè delectentur, an bibuli sint, & lurcones, & ocio dedit & cæt. Hoc attendens Galenus passim docuit regiones multarum varietatum esse causas, legimus namque [b] apud illum regionem ad auxiliorum inuentionem plurimum facere & libro de vsu pul. classe.1.folio 229.[c] dicebat regiones pulsum mutare, quod etiam prodidit libro de pulsi. ad tyr. §.pro regionibus perinde ac pro temporibus, & cæt. Illud idem docuit Aui. [d] fen.2. pri.

u Ga.lib.2.de ali.fa.c.36.

x Theor.1.

y Vide lib.13 Meth. & lib. 4. Apho. 2. & 2. Aph.28.& l.1. de vict.rat.45.

z gal.l.7.met. c.6.& li.1.de alim.fac.

a Cap.1.

b Lib.8.meth. cap.8.

c Cap.7.

d Doct.3. suma 1.c.10.vide ca.9.& gal. lib.3.de caus. pul.c.6.& c.7.

pri. Non solum hæc in cibis, & potibus efficiunt regiones, sed etiã alia quæ excessus horum possunt attemperare. [e] Etenim quibusdam regionibus homines sunt multo prudentiores, quam in alijs, & multo mansuetiores, vt videre est apud libell. de aere, aquis & locis. Vbi scriptum reliquit Hippocrates præsertim cap. 12. Europeos homines ferociores esse & audaciores Asianis, contrà Assianos multo [f] mãsuetiores, ac benigniores, & cæt. Ad quod vt ad plæraque omnia maximè prodest consuetudo, quæ nouitate rei vincit naturam: sunt nanque humana ingenia propemodum vt frutices, & virgulta, quç si cõmodè, & accuratè tractes, facilè, vt ait præstantissimus [g] Poëta.

e Vide Aui. fẽ. 2. prim d. 2. c. 8. & Rasi. l. 33. cõt. t. 1. & hali. lib. 5. theo c. 2. Hip. li. de aere aquis, & locis. cap. 12.

f Vide plurima de hac re in nost. dialo. de perfecto medico.

g Li. 2. georg.

Exuerint Syluestrem animum, cultuq; frequenti. In quascunque voces artes haud tarda sequẽtur: Quippe solo natura subest.

Quod Poetæ dictũ multis certè poteramus probare exemplis, siquidem clarum est, & passim illud scriptum reperimus, magis [h] facere honestam educationem ad labores perferendos inediam, & famem, & alia grauissima mala quam regionem, & cæli statum. Quid enim Anacharsidẽ

h Vide hic leuinium lemn. li. de honesto Animi. & cor. obiectamẽto.

Anacharsidem in extrema Scythię regione nimirum aspera & inculta, docente [i] Galeno ab studio scientiarum potuit deterrere? Quid Phærecidem? quid Democritũ? cõplure sque alios? quorum prudentia commõstrat verum esse illud, quod olim cantitauit [k] Iuuenalis.

[i] Li. ci. de locis aquis & aere. c. 10.

[k] Iuuenalis sat. 10.

Summos posse viros, & magna exempla daturos Veruecum in patria, crassoque sub aere nasci.

Li. de con. ca. 1. & 2.

ET hoc quidem obseruandum est, & oportet, vt experimentum in hoc rationem vincat, est namque cibus, qui solet comedi, in quo aliquod existit nocumentum, & est conuenientius bono non vsitato.

SCHOLIA.



Ratione, [m] & experimento nititur facultas nostra, tanquam duobus pedibus, vt nos eleganter docuit Galenus [n] lib. 9. met. §. pro comperto habentes [o] non licere vllius artis sciẽtiam nancisci, nisi & methodum quadã habueris per vniuersalia vocata theoremata, & in particularibus te exemplis exercueris,

[m] Vide Ari. l. 6. Eth. c. 7.

[n] Ga. 9. meth. c. 6.

[o] vide quæ scripsi de perfecto medico col. 2.

cum [p] nec fieri posſit, vt ſine multiplici in ægris ſingulatim exercitatione, quod ex vſu ſit, ſacias, nec ſine vniuerſalium cognitione probe exercitatio procedat, quippe cum in vniuerſalibus methodus, in particularibus exercitatio, tanquam igitur, qui iter aliquod ingredi ſtudent, vtroque in uicem vtuntur crure, qui altero claudus eſt vno dumtaxat vtitur, & longo ſpatio, & ſæpe errans viam peragit, ita ſanè, [q] & qui finē alicuius artis conſequi parat, duobus id veluti cruribus, vel inſtrumentis vel quomodocunque appellaſſe libet, vti debebit in vniuerſalibus theorematis methodo: in particularibus exercitatione. Hæc Galen⁹, quæ certe declarāt non ſolum noſtram facultatem ſed quancumque aliam ratione, & experimento indigere, vt quis in ea ſcientia, aut arte perfectè poſſit procedere, idem, quod ſupra ex Gal. [r] citauimus, iterum litteris prodidit idem Gal. lib. 8. de compoſitione ſecū dum locos folio. 193. & [s] 3. meth. capit. 2. contra Theſſalū, vbi ait omnis inuentionis duo eſſe inſtrumenta nimirum [t] experientiam, & rationem, vbi velim animaduertas [u] magis rationi, quam experientiæ fidendum eſſe, ſiquidem, quæ ſola experientia remedia

p vide ecl. ca. 34.
q vide l. de ſoſ. empyrica.
r Li. 8. de cōp. ſec. loc. c. 7.
ſ Li. 3. me. c. 2.
t Li. 1. me. c. 3.
u Magis rationi quam experientiæ fidēdū

dia sunt inuenta omnibus non possunt prodesse, nec in x omnibus partibus applicita effectum exoptatum operari, vt elicitur ex Galeno loco cit. & sic idem Galenus libro. 2. meth. rationem y ad experientiam ornandam, aut corrumpendam plurimum facere asseruit: nam (vt refert,) quantum recta ratio ornando adijcit, tantum vel etiam amplius vitiosa detrahit, & multo clarius libro z 6. folio 166, scriptum reliquit medicamẽtum per rationem inuentum præstare illi, quod per experientiam est inuentum, & a ego certè mallem medicum litteris exornatum quam non scientem expertum, quoniã qui per rationẽ procedit, & methodo est instructus morborũ causas cognoscit, & actionum naturalium, & affectionum præternaturam, vt illas seruare, has à corpore eijcere posit, modos, item secundum quos actio fit, & locos in quibus & instrumenta, per quæ fit actio, explorata habet, quibus omnibus caret experimento fidens medicus, vt habetur apud librum de vocis instrumento, quantum autem hæc medico sint necessaria, & vtilia nemo certè erit ex peritis hominibus, qui non intelligat præsertim cum Galeni decreto li. 3. de locis b in curatione

x Vide libr. de ther. ad pis. c. 10.

y Ga. l. 2. met. ca. 6.

z Ga. lib. 6. de cõ. sec. lo. c. 1.

a Quis medic⁹ sit magis eligẽd⁹ vide quę ad longũ de hac re scripsimus in dial. de perfecto medico.

b Ga. l. 3. d lo.

alicuius

alicuius morbi in primis sit inuestigandum quæ [c] pars sit affecta, num per se afficiatur, an alteri consentiat, [d] pars namque affecta ad remediorum inuentionem maximè commostrat, quoniam inflammatio alia remedia exposcit, dum digitum, aut pedem apprehendit, & alia dum emunctoria opprimit docente Gal. li. 13. meth. [e] medicus ratione procedens non rationali præponitur à Galeno lib. 6. met. [f] & lib. primo de locis cap. 2. §. Rationalis igitur &c. hoc non negauit idē Galenus [g] libro suo de experimentis cap. 2. quando ait non laudamus hominem ignorantem artem, quia habeat experimenta, quoniam volet prodesse, & forsitā noceret & si aliquando proderit, hoc erit ex fortuna, qui [h] ratione instructus procedit non solum morbos curabit, sed etiam sanitatis aut mortis euentum præsagire poterit, vt liquet ex Galeno lib. 4. de præsag. ex pulsibus [i] §. proinde cui status facultatis perspectus ad vnguem sit, locusque affectus, & eius affectus, hic ad præsentienda futura est peritissimus &c. sed [k] dices, si medicus rationalis anteponendus sit medico non rationali, quorsum Auicēna hic ait, oportet vt experimentum vincat rationem? [l] Respondeo

c Quæ sint cō sideranda medico in morbis.

d vide l. de art. 24. & 14. me. 5. & 2. ad gla. c. de cau. infl.

e Ga. l. 13. me. c. 5. vide Gal. l. de sec. c. 17.

f Ga. l. 6. met. c. 1.

g Li. 2. meth. c. 2.

h Medicus rationalis quæ efficit.

i L. 4. de præs. expul. c. 3.

l. experientia cōfirmatū Galeno ascriptū.

K Dubium.

l Dubij solutio.

deo Aui. limitasse suam sententiam, & dixisse hoc modo oportet, vt in hoc experimentum vincat rationem cuius causam subdit dicens, est namque cibus, qui solet comedi in quo aliquod existit nocumentum & est conuenientior bono non vsitato, quod præter Auicennam Hippocr.[m] docuit li. 2. aph. sententia. 50. & sic dictum est à Gale. consuetis naturam recreari, quod non potest consequi, nisi experimento, longo temporis tractu acquisito ex consuetis nanque vnusquisque euenit in cognitionem eorũ, quæ non possunt lædere, aut quæ possunt offendere.

Dubij solutio.

m Hip, l. 2. ap. 50. propterea Ti. Impe. nolebat sexagenarius pulsũ medico porrigere vide Ier. brache de vic. pr. Hip. t. vlt.

Adde[n] quod cum ratio sit duplex, altera totalis, & altera partialis, & totalis coincidat cum experimento, vt bene animaduertit hoc loco gentilis, bene potest experimentum vincere rationem partialem, & non totalem. Quæ solutio, si quis bene inspiciat, supra insinuatur.

n Altera solutio.

VNaquæque præterea figura & cõplexio hominis cibũ habet conuenientẽ, & consimilẽ, ad quẽ mutandum, si voluntas ei adfuerit, nocumentum ei faciet & impedimentum, ex hominibus quoq; est cui aliquod nutrientiũ bo-

bonorum, & laudabilium nocet ipsum ergo relinquere est ei conueniens.

SCHOLIA.



ER [o] figuram hoc loco non est intelligendum aliquid de prædicamento quantitatis, sed occulta proprietas, quam habent multi homines ad quædam alimenta, ex qua pro proprietate resultat quædam similitudo, & tacitus consensus, græce sympathia dictus, qui forsan nõ est aliud quã ipsa proprietas, [p] quę efficit, vt quædã edulia gustui sint suauiora, & prõpti⁹ à mẽbris attrahãtur, & digerantur, & hoc est, quod dicit Au. in pręsentiarũ [q] vnaquæq; hominis cõplexio cibũ habet conuenientem, & similẽ ad quẽ immutandũ si volũtas ei affuerit, nocumentũ ei faciet, & impedimentũ, quemadmodũ inter corpora, & alimenta cernitur tacitus [r] hic consensus, quem sympathiam Græci vocant, sic inter alia alimenta, & corpora viuentium reperitur certus quidam dissensus, disproportio, seu dissympatia, quæ est in causa, vt corporibus eis alimentis disproportionatis vescentib⁹ magna detrimẽta & ægritudines proueniãt, & sic intelligẽdus est tex. Au. infrá in hoc capite dũ inquit ex

o Quid hic sit per figurã medicis intelligẽdum.

p Vide l. de inequali int.

q Alibi dicebat currit proprietas cũ certis corporibus.

r Sympathia. vide Fracastorium l. ad id destinato. De sympathia.

hominibus quoque est, cui aliquod nutrientiũ bonorũ, & laudabiliũ nocet, &c. Quod nõ siluit Isacius [f] in l. die. vni. §. eũdẽ cibum quibusdã inuenimus cõtrariũ, quibusdã verò nõ, vndè iã intelligetur elegantissimus locus Gal. li7. Met. [t] propè finẽ §. esse aliquos qui facilè carnem bubulam concoquãt, iàm vnum ex publicè iactatis est, prætereà esse alios, qui ad alios cibos potusque rectè, aut non recte se habeant & cæt.

f Isac. libr. de diet. vni. c. 2.

t gal. li. 7. met. c. 6. vide galc. li. 2. de ali. fac. c. 6. & li. de tẽ. c. 4. & 3. simpl. c. 6. & 18. & li. de ther. ad pis. cap. 4.

Tãta est vis huius taciti cõsẽsus, aut dissensus vt nõ solũ disproportionata, & dissentiẽtia edulia leuiter noceãt, sed etiã ritu veneni animi angustias, & cordis pressuras illis vtẽtibus, aut semel degustãtib[9] inferãt, adeò vt parum absit, vt illis spiritus ex toto deficiat, & moriãtur. Etenim [u] memini me apud peritissimum virum legisse de quodam qui cùm nunquam pisces gustasset, & cùm ad cœnam esset inuitatus ab amico, & data opera piscem siccum ouis inuolutum optime pistum ederet, in grauissima symptomata deuenisse, ita vt vomitu, & secessu vitam cum morte commutare videretur. Idẽ est, quod sermone percepimus de inuictissimo, atq; christianissimo Hispaniarum Rege Philippo, hic tantum habet cum piscib[9] dissẽsum

v Historiæ. dissympathia cum piscibus.

dissensum occultū, vt nulla ratione eos possit degustare, etiā si mille modis, & artibus sint pręparati, & cōditi, statimq; illos quocūq; ingenio administratos respuit, & tacito dissēsu cōmotus euomit. Non minus legimus de monacho,[x] qui vbi primū rosarum odorem persentiebat, aut ex longinquo rosam videbat, statim in animi deliquium, & syncopen incidebat, & tanquam mortuus humi prostratus iacebat, res certè digna vehementi admiratione, vt solo visu rosæ homo in vitæ discrimen pertraheretur.[y] Sed quid dicendum de plantis, & herbis, in quibus non aliter quam inter nonnulla, viuentia hic dissensus cernitur? experimento nāque comprobatum est, inter florem marinū & vitem tantam esse amicitiam, tacitumque consensum, vt vites,[z] quę habet florem marinum sibi proximum, vberiorem fructum producat, econtrario illa quæ habet brassicā sibi propinquam marcescat, & à fructificando degeneret, quid[a] de canibus, qui solo aeris tractu lepores inimicè sectantur, quid de multis alijs existimandum fortibus animalibus,[b] vt leone, quem currus sonitum, & strepitum fugere, & inimicare constat? horum omnium occulta est ratio, quanuis

x Reperitur etiā hæc inimicitia inter odorabilia & animalia, quare vide pli. l. 9. ca. 70. Ari. l. 9. de hi. ani. c. 6. & pli. l. 10. c. 4. dissimpatia cū rosis. Ama. lu. cen. 2. cur. 36.

y Dissimpathiā habent aliquæ plātę cū alijs.

z gal. l. 2. lo. c. 1. vide lacunā segobiēsem li. 2. Dios. annot. 111. ex authoritate Androc.

a Aliqua animalia cū alijs dissentire.

b Vide Aelianū & Florentinū.

multi ingenioſi homines cauſam manifeſtã

c Præceptum pro praxi.

tradere conẽtur,[c] ex quibus pro praxi exercenda hoc documentum ſeruari debet, me dicum non ſolum naturam vniuerſalem hominis ad rectè curandum, ſed etiam ægroti particularem debere cognoſcere, ſi quidem multos inuenimus quædam alimenta odio habere, nec ea poſſe comedere, vt de me ipſo dicere poſſum, qui cum natura ſim bilioſus cum non exigua pituitæ commiſtione, borraginem adeo odio habeo, vt ſi eam guſtauerim ſtatim in febrem incidam.

d Lib. 1. de arte ad gla. c. 1.

Hoc [d] practicum præceptum docuit Galenus lib. primo de Art. ad Gla. & 2. de compoſitione ſecundum locos cap. 1. poſt principium §. proprietates enim &c.

e Vide Ga. de Ren. af. & me.

[e] & Hippocrates libro. 1. Ep. ſect. 3. cõment. 1. & hoc

Celſus.

eſt, quod dicebat Celſus notos melius curamus, & Hip. illud idem inſinuabat libro de decenti ornatu, in his verbis, viſita diligentius, ingredere frequentius, cognoſcens propriam ægri naturam non poſſe intelligi ſine frequenti viſitatione ex qua experimentum contrahitur, quod potius his, quam illis vtẽdum eſſe pręcipit.

ILla vero, in quo mala digeruntur nutrientia

ob hoc

ob hoc non decipiatur, quoniam post aliquod tempus, in ipso mali, ac praui generabuntur humores, ægritudines facientes.

SCHOLIA.



Ntequam f ad huius contextus enarrationem accedam⁹, animaduertendum inter alimenta quædam esse, quę à Gręcis euchima dicuntur, alia cachochima, euchima alimenta ea medici Latini esse interpetrantur, quæ bonum, & laudabilem succum generant, docente Galeno lib. g 6. de sanitate tuenda in fine, & secundo de simp. medicament. facult. quæ ista sint, enumerat Galenus libro de diff. con. cachochimi h cibi vocantur, qui deprauatum, & vitiosum generant succum vt colligitur ex Galeno lib. 13. methodi cap. 7. morbus ex his vitiosis succis contractus, cachochimia vocatur, vt ex eodem loco elicitur §. vbi vero vel flaua bili, vel nigra, vel pituita vel serosis humoribus corpus est refertum, eum habitum cachochimiam, quasi succorum vitium dicas, non plethoram nominant, hæc alimenta succi vitiosi, & deprauati sunt in multiplici differentia, vt est Gal.

f Vide Cels. l. 2. c. 19. 20, & 21.

g Ga. l. 6. d. sa. cap. 7. & 2. de simp.

h vide l. 2. ap. 36.

 testis,

testis, in opere de aliment. facul. Quædam enim sunt, quę sanguinem serosum deprauatum gignũt, vt cucumeres, lib. 2. [i] de alimẽ. facul. & libro de bonitat. & vit. succorum cap. 8. §. inter fructus censentur cucumeres, pepones, & melopepones, quorum nulli bonus succus insit eo quòd, nisi aluum statim subeant, corrumpantur ibi, humoremque ex corruptela hac faciant, qui non longè à mortiferis venenis absit. Quæ verba initio capit. Galenus de omnibus fructibus fugacibus generaliter protulit. Alia dantur, quæ melancholicum, & crassum sanguinẽ efficiunt, malum, & culpabilem, in hoc ordine est brassica, quam ipse Gal. propterea vituperat lib. 3. [k] de locis & lib. 2. de alimẽ. faculta. cap. 44. vbi ait succum gignere improbum, & graueolentem. Alia inuenimus quæ succum dant acrem, & mordacem, atque calidum, [l] vt est allium, porrum, cæpa, quæ certè non, vt alimentum docente Galeno [m] libr. de aliment. facult. sunt degustanda. Quod etiam scripsit Auic. in 2. can. tractat. 2. cap. 119. [n] Quarè hac præfata doctrina ad text. Auic. quem præ manibus habemus, regrediamur.

[i] Gal. l. 2. de ali. fac. cap. 6.

[k] Lib. 3. de locis c. 7. & lib. 2. de alim. fac. c. 44.

[l] Vide Diosc. l. 2. 144. & paul. li 1. c. 76.

[m] Lib. 3. de alimẽ. fac. c. 71.

[n] Vide Rasi. t. 3. c. 28.

Docet igitur alimen. praui succi, Cacho

chima

chima dicas, esse fugienda, quia etiam si ea cócoquere, & digerere videaris tractu tamē temporis nocent vehementer, & graues ægritudines pariunt, & pernecantes, hoc de cucumeribus clarissimè docebat o Galenus lib. 2. de alim. facul. c. proprio §. ergo, qui cū cumeres bellè concoquunt, cùm eo ipso fisi affatim his se impleuerint, his tandem lōgo tēpore accidit, vt succus frigidus, atque mediocriter crassus in venis coaceruet, qui in ea coctione, quæ fit in venis, haud facilè mutationem in probum sanguinem recipiet, ob eam igitur causam, omnibus praui succi edulijs abstinendum sentio etiam si ea quibusdam sint concoctu facilia, nobis enim nō aduertētibus prauus succus ex ipsis post longum tempus in venis colligitur. Qui posteà exiguam ad putredinem occasionem nactus febris malignas accēdit. Hæc Galenus, quæ eleganter præcipiunt cachochima alimenta abhorrenda esse, & profecto potissima causa, propter quam non solum rustici homines, sed etiam nobiles grauiter ægrotant, hæc est, nam dum gustui parent, vt plurimum rustici oleribus praui succi implentur, nobiles, & equites calore æstiuo oppressi fugacibus fructi-

o Vide gal. li. 2. de Symp. cā. c. 6.

bus immodice vescuntur, ex quorum omnium esu, dij boni, quam graues, quam periculosi, & detestabiles, diutinique morbi illis accidunt? in memoria habeo multos his morbis oppressos curasse, & ad pristinam sanitatem multo cũ negocio reduxisse, quia his prauis succis erant admodum repleti, & ex illorum putredine febres putridas patiebantur. Vnde non sine causa ait Galenus li. de p bonit. & vit. succorum cap. 1. (vbi à fugacibus, & horarijs fructibus se se abstinuit non amplius ægrotasse) cum quotannis ex illorum esu morbo aliquo laborasset, quæ verba etiam de eodem Galeno Symponthinus scripsit propterea dicebat idem Galenus lib. 1. q de differentijs febrium cap. 2. §. & cibi praui, &c. succos prauos febres inducere, & lib. de bon. r & vit. succorum cap. 3. cibos crassi succi & glutinosi tensionem, & grauitatem hyppocondriorũ facere, & ab illis esse abstinendum, quod non minus de his, quam de reliquis est sentiendum.

p Ga. l. de vit. & bo. suc. c. 1.

q ga. lib. 1. de diff. feb. c. 1.

r ga. l. de bon. & vi. su. c. 3.

ET sæpe etiam conceditur ei, in cuius corpore mali habentur humores vt rem bonam largiter comedat, & proprie cum non patitur ventrem solui, propterea quod est debilis,

SCHO-

SCHOLIA.



Voniam homines sępe consilijs optimis medicorum non parēt, nec se ab esu prauorum ciborū abstinere volunt, tanquam de mente sana deturbati, [f] sæpe in graues incurrunt morbos, quibus fientibus, & factis medicus debet auxiliari, idcirco Auic. pro hac re conficienda, tradere conatur præceptum celeberrimum. Inquit igitur corpori his prauis succis referto alimentum optimi succi, & plurimi esse iniungendum, quā do virtus est debilis, & aluum deijci non patitur decurrit tamen circa hanc Aui. doctrinam [t] dubium non spernendum, si vera est Hip. doctrina lib. 2. Aph. 10. [u] quæ habet, corpora non pura, quo magis nutrias, magis lædes, item si vera est nostri Gal. opinio id ipsum, quod Hip. asserentis lib. 1. de simpl. medi. facult. [x] quomodo Aui. in præsentiarum præcipit, ventriculo prauis succis conspurcato, alimenta boni succi largiter esse porrigenda, nonne adueniens alimētum vna cum his vitiosis humoribus, qui iā in corpore præexistunt, corrumpetur?

f Vide l. 2. ap. 22. & l. 11. me. c. 2.

t Dubium.

u Vide li. 2. de ren. aff. & me.

x Ca. 38. vbi citat Platonem.

Pro [y] solutione istius difficultatis animaduertendum est, sententiam Auicẽ. rationi, esse consentaneam, & veritatem retinere, ab Hippocrateque posteritati fuisse commẽdatam, lib. primo Apho. 17. in hunc modum. Et quibus semel aut bis, & quibus plura. In cuius sententiæ enarratione Galenus docet de corruptis humoribus esse illam intelligendam, quia corruptio, vt ait, contemperamento indiget.

y In exhibitione alimenti vnde sit depromẽda indicatio vide l. 2. de vic. tex. 36.

Rursus notandum est, humores, esse in triplici differentia aliquando sunt integri, & inculpabiles, aliquando incipiunt corrumpi, aliquando iam sunt corrupti, si humores sũt integri, & inculpabiles, & in quãtitate debita, sunt custodiendi: si incipiunt corrumpi sunt attemperandi, ne corruptio vlterius serpat: si iam sunt adeò corrupti, vt sint in termino, ad quem, & nullam iam naturæ gratiam possunt recipere non sunt attemperandi, [z] sed Galen. decreto sunt foras excludendi.

z Li. 4. de val. cap. 3.

His ita sancitis dicimus sententiam Aui. esse intelligendam de humoribus, qui incipiunt corrumpi, & non de illis, qui iam corrupti sunt: nam hi quomodo poterunt contemperari, nec [a] quomodo per additionẽ

a humores omnino corrupti nõ possunt naturæ gratiam suscipere.

alimentorum optimi ſucci, & multi poterit, in priſtinam ſanitatem reuocari, id quod à natura eſt omnino alienum; Erit igitur intelligenda de illis humoribus prauis, ex prauis alimentis genitis, non omnino à naturali ſtatu, & conditione diſtantibus: Hippocrates verò eſt intelligendus, de corporibus non puris, propter omnimodam humorum corruptelam, & de illis nequaquam corporibus, quæ impura vocantur, quia ſunt plena humoribus, qui ad bonam frugem poſſunt reduci, per miſcellam optimi ſanguinis.

Vel dic [b] Auic. locum eſſe intelligendum hac ratione, vt velit dicere corporibus humoribus prauis redundantibus alimenta eſſe exhibenda in larga quãtitate, ſi illa ſunt medicamentoſa, & ſic nulla erit repugnantia Hippocratis cum Auicen. nam vt omnes Hippocratis interpretes exponunt, Aphoriſmus[c] citatus ſolum vetat refectionem per alimenta non medicamentoſa.

b Altera expoſitio verborũ Auic.

c Explicatur Hippo. 2. ſect. apho. 10.

Nonnulli [d] ſoluunt eam dubitationem dicentes corpora duobus modis eſſe impura, altero ob corporis internã malitiam ex humorum

d Altera ſolu.

humorum corruptione factam, alio modo propter putredinem humorum ob deprauatam alimentorum qualitatem, Auicennã autem de humoribus in qualitate tantum corruptis loqui, quæ corruptio alimẽtis optimis contrariæ qualitatis emendatur, Hippocratem vero loqui de humoribus primo modo corruptis, & in modo substãtiæ. Sed (si e vera loqui fas est) mihi certe non admodum arridet Aui. sententia, quia & dubia, & periculosa videtur, magis tamẽ approbo me dicũ corpus talibus humoribus cõspurcatum velle curare per epicrasin, idest, paulatim reficiendo, & paulatim euacuãdo virtute existenti debili, nam sic iubet Galenus corpora hoc modo affecta tractare libr. 9. f met. §. oportet nanque vbi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim quod vitiosum est euacuare, & paulatim inuicem quod salubre est pro eo reponere, vocant Grçci huiusmodi vitiosi succi curationem epicrasin.

e authoris opinio.

f Ga. li. 5. met. c. 10.

CVm vero alicuius corpus rarum fuerit & ad resoluendum facile, nutriendus erit ex nutriente humido, quod cito digeratur, licet rara corpora magis tolerare possint nutrientia

grossa,

grossa, & diuersa, & sint longinquiora ab hoc, vt causæ intrinsecæ ea lædant, & magis apta recipere extrinsecarum causarũ impedimenta.

SCHOLIA.



Orpora g rara textura prædita sunt nutrienda alimentis humidis, per humida intelligit subtilia alimenta, & facilis coctionis, quia hæc corpora admodum resoluuntur, propter continuam, & celerem meatuum & pororum latitudinem, alimentum autem calori innato, teste Galeno, debet esse proportionatum.

g Raritas cutis vnde proueniat vide. 5. ap. 63. & li. de ve. sec. aduersus erasi. ca. 9. qui cibi conueniant raro corpori vide li. de dif. con. lib. 1. aph. 15.

Sed circa ea, quæ hic tradit Aui. nẽpe rara corpora melius posse tolerare grossa alimenta, quam densa corpora, & minus lædi à causis intrinsecis, quanuis magis ab externis offendãtur, licet addubitare quomodo veritas huius rei elucescat, & sic respondemus hanc doctrinam esse Galeni, h & præterea ratione posse confirmari, etenim causa ob quam, corpora ab alimentis nocentur est quia superfluitates, & excrementa in illis plurima coaceruantur, quæ fere omnia à corporibus rari habitus discutiuntur, & per poros

h Li. el ascrip. de opt. corp. const.

poros foras excernuntur, vnde intelliges vnam ex causis, ob [i] quas senes, & fœminæ multis superfluitatibus & humoribus excrementitijs redundent.

i Cur fœminę & senes multis recrementis abundant.

Alterum præceptum de nocumento, quod promptius à causis externis corporibus contextura rara pororum præditis contingit, Galenus multis in locis scriptis mandauit, nimirum lib. de consuetudine, [k] & li. 1. de val. tuenda ca. 10. quo loco ait densam ac duram cutem malis ab extrinsecus incidētibus esse magis obnoxiam, quod non siluit diuinus senex, qui in lib. de alim. [l] sic tradit, raritas corporis his, quibus plurimum aufertur, salubrius, ex [m] quibus elici potest raram corporis contexturam meliorem esse densa, & densam minus esse subiectam astrorum injurijs, & minus ab aere pestilenti posse lædi, meatuum nanque angustia aeris insinuationem, & introitum prohibet, quanuis corpora rara febribus pestilentibus correpta facilius ac celerius quam densa cōualescant, dummodo in vtrisque par sit humorum malitia, eo quod teste Galeno li. 2. [n] de temperamento in fine cutis densitas excrementorum præsertim exitum remoratur, quod non contingit illis, qui raram habent

fœminæ multis superfluitatibus abundāt l. 2. de se. ca. 5. Idem de senib. 3. Ep. sect. 3. t. 22. rara corpora facili. à causis externis lædi.

k ga. l. de con. c. 3. & 1. de sa. c. 10. & l. 3. c. 4.

l Hi. l. de alim.

m Corpora dēsa minus ab aere pestilēti offenduntur.

n ga. libr. 2. de temp. c. 6.

pororum

pororum texturam, siquidem hi docente Galeno [o] ad digerendos & exhalandos corporis succos sunt natura propensi, & sic fit, vt febris putrida, minus duret, ac perseueret in hominib⁹ rari habitus quã in illis, qui densã cutẽ sunt sortiti, vnde certenõ video, quæ ratio coegerit [p] Man. eos reprehendere qui in pestilenti aeris constitutione tutelæ gratia corp⁹ aceto abluũt, vt interuẽtu aceti angustia corporum cõparetur, quæ minus est febri pestilenti obnoxia, quam angustiã pororum, cum admodum vtilem, & necessariam esse censeret Aui. [q] in prima 4. tract. 4. c. 4. medicamentum & suffumigium ex rebus astringentibus describit, & laudat.

o Ga. l. 9. met. ca. 5. vide 10. met. c. 10.

p Maniar. li. 5. Ep. Ep. 3.

q Au. 1. 4. tr. 4. c. 4. vide Ras. 30. cont. t. 13. c. 2.

Verum enim vero, hoc suffumigium, & medicamentum, & similiter ablutionẽ corporis cum aceto non approbo quando corpus est plenum, aut cachochimum, nam tũc ex Galeni decreto lib. 1. de diff. feb. [r] cap. 4. opus est, vt superfluitates, expurgentur, ꝑ si redundauerint, & corpus ab excrementis liberetur necesse est, & si fuerint aliquæ pororum obstructiones eas auferamus, & abstergamus his medicamentis; quæ habent abstergendi, & aperiendi facultatem, quorũ amplam siluam [s] lib. 5. per multa capita ad-

r Gal. l. 1. de diff. fe. c. 4.

s Ga. l. 5. simp.

H duxit

duxit idem Galenus, nec quando corpus iam actu febri pestilenti apprehensum est talibus adstringentibus medicamentis vti t consulo, sed potius vtendum est ex Manardi sententia oleo [u] odorato, quod de spica vocant, quarta vini albi odoriferi parte adiecta, vt hoc medicamento, si sunt occlusi, pori aperiantur, & referentur, vt sic probe vniuersum corpus transpiret, si autem corpus sit cachochimum, & purgatione indigeat, vt à tanto malo præseruetur optima erunt catapotia quæ laudat Auicenna [x] fen. 1.4. ex aloe, & myrrha, & croco vino generoso deglutita, nam his [y] putredo prohibebitur, & humores putridi, ac cachochimi excernentur, [z] quod maxime necessarium est lue pestifera grassante, vt demonstrauit Galenus libro quinto. method. capit. 12. vbi refert, quod omnes quot quot ex immani illa peste incolumes euaserunt, multis quidem per vomitum & omnibus per ventrem corpus fuisse præexsiccatum, & præpurgatum. Nec [a] audienda est sententia Manardi. 18. Episto. Episto. prima asserentis reprehendendos esse eos, qui in peste [b] croco vtuntur, quia stomacho, & cere-

t Authoris opinio.

u Oleo de spica cum tantillo vino albo fiendæ frictiones, quod sæpe in praxin trahimus.

x Aui. fe. 1. 4. tract. 4. c. 4.

y Vide Paul. l. 2. c 36.

z An catarticũ peste laborantibus competat & quale vide præc. nostrum Alc. lib. 6. c. 13. ga. l. 5. met. c. 12.

a Error Man. l 18. Ep. ep. 1.

b De croco vide ga. l. 7. sim. & Rasi. vl. cõ. t. 1. cap. 241. & Diosc. l. 1. ca. 25.

cerebro noxius est, & appetitum deijcit, quæ omnia vera esse fatebimur, si solum & inquantitate plurima fuerit susceptum, secus tamen si alijs admistum, & in modica quantitate assumatur, vt demonstrat [c] Galenus multis in locis suæ doctrinæ nimirum lib. 5. de simpl. med. capit. 19. & 3. de temp. cap. 3.

c ga. l. 5. de simpl. ca. 19. & 3. de tem. c. 3.

AMplius qui multam consueuit comedere carnem, si ociosus fuerit, frequẽter sibi minuere debet, & illi cuius complexio ad frigiditatem declinat, langueris bibere debet, & tripheras, & ex ijs, quæ stomachum, & intestina & venas, quæ sunt iuxta ea, mundificare consueuerunt.

SCHOLIA.

CVM caro quorundam animaliũ cocta, aut alio modo recte præparata sit cibus familiaris homini, vt est docta [d] Gal. sentent. li. 2. de alim. facult. cap. 6. non est mirandum, quod fere omnes homines, eam melius appetant digerant, ac concoquant, & denique ex carnium multo esu multus sanguis intra ve-

d ga. l. 2. de al. fa. c. 6. vide li. 11. sim. c. 1.

f Rasis li.3. ad alm. vide Ras.vlt.c.t.1. c.172.

g Aui. 145.

h Gal.li.1. de vsu part. vide de alim.fa.c.2

i Com. 36.

K Arist.li.2.de Gen.

nas coaceruetur hoc docebat Rasius rationi esse consonum lib.3. Alm. & Haliabbas lib.5. theoricæ cap. 21. Et certè iure optimo, quia vt est testis Auic. in 2. cant. g caro cum sit corpus calidum, & humidum, docente etiam Galeno li.1. h de vsu part.5. aptissima est, vt in sanguinem, qui calidus & humidus censetur lib.10 de sympli. folio 73. & 2. de temp. folio 16. & lib. de natura humana cōment. i 1. fol.32. & in lib. de diff. morb. cap. 12. in fine, commutetur. Quod etiam patet ex vera philosophia passim nanque legimus, & olim in Salmanticensi Academia publicè explicauimus ex Arist. li.2. de generatione & corrupt. inter assymbolizantia faciliorē esse transitū. Generatur igitur ex multa carne multus sanguis, qui ne corrumpatur, venas obstruat, docet Auic. hunc excessum venæ sectione esse corrigendum, præsertim si homo in quiete & otio viuat, nam tunc multo facilius putrefiet, & in ampliori quantitate congeretur.

Occasione cuius aduertendum est, otio & quiete sanitatem destrui, vires elanguescere, & labore, & exercitio mediocri conseruari, firmari, & vegetiores reddi ad sua munera

munera exercenda, quod significauit Auē.[l] sui thei.c.1.§.cōuenere medici, quod exercitium temperatum, siue pedibus, siue equo fiat,[m] adiuuat ad conseruationem sanitatis quia ex exercitatione tēperata superfluitates tertiæ coctionis, quę in cutis poris congregantur, discutiuntur, & in halitus abeūt, quas natura perfectè nō poterit excernere, nisi exercitio adiuuetur, vt Au.[n] testatur, eodem exercitio calor naturalis viuificatur, augescit, vt Galenus asserit libro primo de sanitate cap.primo. Adde exercitio temperato obstructiones partium labefactari, quia exercitio sanguis & spiritus mouentur, & secū deferūt humores frigidos mēbra obstruentes, vt liquet ex Galeno[o] libro secundo de sanitate.§. at spiritus valentiori impetu &cęt.[p] intellige dummodo non adsit plenitudo, nam tunc obstructio fiet rebellior, humoribus adauctis, & membro magis impactis.

l Auen.c.1.sui thei.

m vide Aui.p.2.can.42.vique ad tex.54 & hal.li.2.pr.c.16.

n Fe.3.1.doc.3.c.1.vide ca.6.ci.se.& Ga.li.1.de sa.c.1.

o Ga.l.2.de sa.c.2.

p Vide Au.fe.3.1.d.2.c.3.

[q] Sed adicet aliquis, quis terminus temperati exercitij constituatur. Respondendum est authores hac in re non admodum sibi constare, nam Aui.in fen.3.primi[r] terminum exercitationis ponit sudorem, & Galenus in arte medica lassitudinem constituit.

q Dubium.

r Aui.fen.3.1.do.2.c.3.

t Celsus l. 1. c. 2. vide l. 2. de sa. tuen. c. 12. ga. l. 2. de san. c. 2.

tuit. Et Celsus [t] li. 1. cap. 2. docet finiendam esse exercitationem temperatam sudore incipiente, vel lassitudine circa de fatigationē dummodo respiratio commutetur, quod etiam docuit Galenus.

u Dubium.

x Solutio.

Iterum [u] rogabit aliquis respectu cuius temperaturæ hæc proponatur regula, & terminus? [x] occurrimus, respectu optimæ constitutionis, quoniam respectu omnium non potest certò definiri, nam pituitosi magis sunt exercendi, biliosi minus testante Gal. [y] lib. 2. de sanit. quippe qui admodum resoluuntur, & propterea dicebat idem Galenus lib. 5. [z] eiusdem operis, biliosis sufficere motus ad actiones necessarias, & idem asseruit lib. 6. [a] Ep. sect. 4. item famelici, & inaniti homines ab exercitio sunt abstinendi, quia labor eos offendit, ac lædit, Hip. [b] testimonio lib. 2. aph. 5. vbi fames laborandum non est. Quod de senibus sentiendum iudicamus cum Galeno [c] & lib. 5. de val. tuenda quia satius est, vt verbis Galeni vtamur seni bus, [d] in otio degere, propter viriū imbecillitatem.

y ga. l. 2. de sa. c. 7.
z ga. l. 5. de va. c. 11.
a ga. l. 6. Ep. se. 4. co. 15.
b Hi. l. 2. aph. 16.
c ga. l. artis medi. & l. 5. d va. c. 10.
d De exercitio senū vide Au. fe. 3. 1. d. 2. c. 4. & 5. de san. 3.
e Dubium.

Hæc [e] exercitatio, quæ pro sanitate conseruanda conuenit, quo tempore sit moliē da, dubium est, nos tamen veritatem addu-

cere conabimur. Hip. lib. de aere aquis, & locis, & Isacius f in diæt. vniuersalibus cap. 2. docent tempus conuenientis exercitationis esse, matutinum, g cibo hesterno iam cõcocto, expulsisque iam vtrisque nempe egestionis, & lotij excrementis Galenus lib. h aph. 2. & 5. de sani. tuenda ca. 11. docet exercitium faciendum esse ante cibum, post cibum autem nequaquam, quia vt ipse exacte demonstrat i lib. de vitio & bonitate succorum, k si fiat post cibum, maxime lædet, cruditates generabit, & frigidos humores, quia alimenta incocta motu rapiuntur, nec nostræ sententiæ, & Hip. loco cit. Galeni testimonio aduersatur quando li. 2. l de sani. tuenda cap. 7. §, Esto autem, & diei &c. tempus exercitationi idoneum meridianum esse dixit, nõ repugnat inquã hic loc⁹ veræ doctrinæ, Gale. quia loquebatur secundũ morem antiquorum quibus cœnantibus, & nõ prandentibus tẽpus meridianum erat pro exercitatione accõmodatissimum. Nec m illud silebo nimirum non omnibus conuenire idem genus exercitij, vt luce clarius nos docet Hip. n in lib. de priuat. vict.

Item memoria tenendum eos, qui pedibus aut equo vecti non possunt exerceri,

f Isacius li. de vnf. diæ. c. 2.

g Vide Ae. ser. 3. c. 2.

h ga. l. 2. aph. cit. loc.

i ga. l. de euc. & cachochl-mia c. 3.

k Sic Cel. l. 1. sui operis c. 6. ait semper autem post cibũ conquiescere, ac nec intendere animum, nec ambulatione quamuis leni.

l ga. locus l. 5. de sa. c. 7. explicatur.

m Non conuenit omnib⁹ idẽ genus exercitij.

n Hipp. l. 2. de priu. vic. vide An. se. 3. pr. d. 2. c. 6. & ga. li. 5. de sa. c. 3.

alia ratione esse exercendos, aut mulcebri frictione facta vt docet Gal. lib. 2. [o] de sanitate tuenda, cap. 6. & 7. nec non lib. de paruæ pilæ ludo. Et Auicenna tertia primi do. secunda cap. quarto aut lectica, siue vehiculo vel lecti suspensione, vt appositissime demonstrauit Celsus [p] lib. 2. suæ materiæ medicæ cap. 15.

o Ga. lib. 2. de va. c. 6. & 7. & l. de pilæ ludo c. 3.

p Cor. Cel. li. 2. c. 15.

Ego [q] tamen pro enarratione præsentis literæ salubrius iudicarem, & melius hominem consulere, ne multa carne vesceretur, [r] vt non indigeret venę sectione, quæ ad senium perducit, & spiritus dissoluit, in quibus, vt in sanguine caloris natiui fundamentum reponitur, vt scriptum reliquit Galenus libro secundo Aphorism. §. spiritus, & sanguis, atque caloris qui in eis, &cæt.

q Auth. sent.

r Crebrū vsum medicamenti expurgantis senectutem accelerare docuit Arna. Ap. c. 2. idē Mars. fici ex H. Gal. l. 2. aph. 1.

Altera pars huius contextus explicanda restat, ea est de frigida ventriculi intemperie, [s] huius hæc sunt signa, ciborum appetentia, eorum valde diminuta concoctio, præsertim si cibi sint difficilioris digestionis, & valentioris facultatis, [t] ructus acetosus, qui semper frigiditatis est signum vt late in assertionibus medicorum, quas olim typis mandauimus, proposuimus, ventriculi eiusdem inflatio, rugitus, & dolor ventris, qui

s Signa intēperiei frigidæ vētriculi vide ra. 11. cō. t. 1.

t Vide li. 2. de tem. c. 6. & li. 4 sim. c. 15.

non

non solet mitigari nisi rei acetosæ vomitu, & si intemperies iam fuerit facta, frigidis actu iuuabitur, & contrarijs lædetur, quoniam dum iam facta est intemperies videtur, quasi naturalis, & naturale similibus gaudet.

Galenus [u] lib. 7. methodi cap. 7. egit latissime de intemperie frigida ventriculi, ait in primis pro tali intemperie extirpãda, corpus esse euacuandum medicamento idoneo natura humoris considerata, in quã sententiam omnes doctores manibus, pedibusque, vt ferunt eũt, vt colligi potest ex [x] Aui. fen. 13. 3. vbi hæc eadem signa ventriculi frigidi descripsit, & ex cap. 44. vbi de curatione ipsius intemperiei verba agit. & ex Rasio [y] 9. Ad Alm. cap. proprius & alijs practicas medicinas scribentibus, quo humore expulso Galeni & Aui. decreto locis citatis, roborandus erit ventriculus calidis medicamentis, ne de nouo humores frigidos aliunde fluentes suscipiat, aut generet, regendusque erit æger alimentis ad caliditatem vergentibus magis assis, quam elixis, potus erit aqua decoctionis anisi, aut cinnamomi, aut aqua mellis, si multa fuerit intẽperies, tripheris vtatur quas pro hac intentione idẽ Aui.

u Ga. li. 7. met. c. 7.

x Aui. fe. 13. 3. tr. 1. c. 19.

y Rasius li. 9. ad Alm. c. pro prio.

z Au. in 5. cā. & Nicolaus.

laudat in z 5. Can. & Nicola' in suo Antidotario magni facit. Iuuauit vsus, si vehemens fuerit lapsus aromatici rosati, & diatriton piperionis.

Topica

a Li. 7. me. c. 7.

b vide ga. li. 8. de cō. se. lo. c. 3. & 4.

Inter medicamenta, quæ ventriculo extrinsecus applicātur, maximè solet a commēdari frequens fomentum ex oleis calidis in duplici vase qualia sunt, spicæ b mentæ, mastici, absinthij, florum arantiorum super quæ inspergere solemus puluerem aromatici rosati, ligni aloes cyperi, gallæ muscatæ, similiter tempore potissimum hyberno, aut vt diutius immoretur, optimum erit parare ex his oleis, & pulueribus cum pauca cera vnguentum, aut lini linimentum, aut emplastra conficere ex illis, quæ modicè calfaciunt, & corroborant, Galenus laudat, loco supra cit. applicationem pueili boni habitus supra ventrem, aut catuli, c quod etiam fecit lib. 5. simp. cap. 6. & Aui. 13. 3. tractat. 3. ca. 5.

c vide Ra. 117. 4. cont. & t. 1. c. 30.

d Carpitur gētilis.

Gētilis, d quod miror, fuit in intelligētia præsentis litteræ admodum pueriliter hallucinatus, dum sentit non esse legendum, langueris bibere debet, & tripheras, dicens se non inuenire, quā ratione tripheræ possint bibi, hallucinatus est certe, quia non solum

stella-

stelladia, sed & tripheræ aqua, aut vino, aut aliqua decoctione diluta possunt propinari vt quilibet videre potest apud Mesuis Antidotarij enarratores, & apud platearium in expositione Antidotarij Nicolai.

ET nihil deterius est quam diuersa nutrientia simul adiungere, & post in comedendo tempus prolongare, cum enim postremo nutriēs aduenit primum iam incepit digeri, nutrientis ergo partes in digerendo non similantur.

SCHOLIA.



SAEpissimè cogitare soleo, quæ sit causa propter quam homines nobiles, in aula regia versātes tot morborum generibus affligantur, & cur hac misera tempestate, tot morbi truculenti, & sæui quasi de nouo videantur pullulare, cū olim homines multo salubrius degerent, & profecto potissimam huius rei causam existimo esse, [e] quia olim homines erant vno edulio contenti, modo mari, terraque diuersa edulia exquirunt, & se se illis replent, & [f] quod lamentabilius est, proprium nobilium esse arbitrantur inedendo lon-

e Cur hac tēpestate tot morbi homines corripiūt.
f Vide hic Innocentium l. 3 de mi. con. hu. & sen. ad Luc. Ep. 20. & Hie. de con. c. 5. c. nec. & Pro. 22. & pro. Agenm 1. & glo. su. 4. caput Mat. Au. ad fra. ser. 31.

longum tempus consumere, quę vitia increpat Aui. in præsentiarum, quia huiusmodi diuersa cibaria non solum non coquantur, sed potius in stomacho corrumpantur, ex qua corruptione grauissimi morbi oriuntur, quod intelligens Aui. in fen. 14. 3. tract. 3. cap. 2. dicebat, corruptionem digestionis esse omnium ægritudinum parentem Galenus g lib. 3. de vict. acut. diuersa cibaria repudiat in vna mensa, quando ait nihil enim ciborum coctioni quam hoc ipsum aduersatur, magis, quo fit, vt qui de concoctione scripserunt, ciborum varietatem, præsertim vbi varijs constent facultatibus, nocentissimam dixerint, &c. & Ecclesiasticus h idē pręcipit, vt supra enodauimus, idem vituperat i Lucanus, sic dicens, o prodiga rerum.

g Ga. l. 3. de vi. acu. com. 18.

h Ecclesi. 38.

i Li. 4. sui. operis lucanus de bucon.

Luxuries paruo nunquā gaudere paratu.
Hei quæsitorum terra, pelagoque ciborum:
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
Dicite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat, &c.

Horatius idem clamat in hunc modum, emacrescunt epulæ sine fine petitæ &cæt. Aui. obiurgat, & repudiat longum tempus in comestione conterere, quod facit Rasius k in 25. cont. cuius series hæc est, tēpus

k Rasi. 25. cō.

comestionis non debet esse longum, & tardum valde Aui. hoc cap. iterum illud idem reprehendit §. diuersa cibaria à duabus impediuntur causis. Vna earũ est propter diuersitatem eorum in digerendo, & quoniã, quod ex eis est digestũ, ei admiscetur, quod digestione est priuatum, secunda quoniam aliquis plus potest comedere ex vno cibario, quam ex altero, ex quibus lucide constat, aberrare eos, qui multis cibarijs in vna mensa vtuntur, & in cibatione longum tempus conterere, esse melius putant.

OPortet præterea te scire, quod nutriẽs melius est, quod melius sapit, propterea quod stomachus, & virtus retentiua vehementer ipsi applicantur, cum bonæ fuerint substantiæ, & fuerint omnia principalia membra, secundum operationem sibi ad inuicem conuenientia, & sana: & ista quidem est conditio, quod si complexiones sanæ non fuerint, & membra in suis complexionibus diuersificentur, fuerit q; hepar a stomacho diuersum secundum diuersitatem, qua sit supra naturalem, non erit illud considerandum, ex impedimentis vero nutrientis bene saporosi vehementer grossi est, quod possibile est vt homo ex eo multum comedat.

SCHO-

SCHOLIA.



N alimentis non solum qualitates primæ, sed secundæ, & etiam tertiæ sunt considerandæ iuxta Galeni [l] decretum lib. 1. de ali. facult. in præfatione & lib. 4. simp. ca. vltimo, & lib. 2. eiusdem operis per priora capita, & multo clarius lib. 1. [m] de comp. sect. gener. cap. 3.

l Ga. l. 1. de al. fa. cap. 1. & 4. sim. c. vlt.

m & l. 1. d cō. po. gen. c. 3.

Quare cum sapor ex commistione primarum qualitatum resultet operæpretium erit aliquantisper de saporibus tractare, tū, vt præsens littera intelligatur, tum vt quæ infrà scripta sunt ab Aui. planius intelligantur, est igitur prius enarrandum quid sit sapor, [n] Isacius lib. de vn. diæt. saporem nihil aliud esse arbitratur, quam quoddam sensuale sensui gustus deputatum, quod abhorret natura, aut ex ipso delectatur. Quæ saporis descriptio optima est, & Ari. [o] illam insinuauit, & Gal. lib. 2. meth. vbi docet linguam datam fuisse homini ad sapores dijudicandos, si ipsi nullum adsit vitium, & bene sit instrumentum dispositū, iuxta illud Aris. [q] Actus sunt in patente bene disposito.

n Isacius ll. de diæt. c. 4.

p Ari. l. 2. me. c. 4.

Ari. li. 3. Eth. c. 10.

q Ar. l. 2. met. & l. 1. de gen. c. 10.

Sapo-

Saporum [r] multæ sunt differentiæ, & species: etenim Arist. libro de sensu, & [s] sensibili, tot saporis cõstituit species quot & coloris Ga. rẽ latius cõsiderãs cõstituit nouẽ species, vt cõstat ex multis [t] locis suæ doctrinę de quibus per capita sigillatim erit agendũ, nec obstat, quod Auic. in 2. li. [u] octo tantũ species saporum fuit contemplatus, nam hoc idciro effecit, quia insipidum à saporibus reiecit. hi omnes sapores fiunt per commistionem substantiæ terreæ cum humida interuentu caloris, vt est testis idem Arist. [x] lib. de sensu & sensib. & sectione 20. pro. problemate 20. & Auerroes li. 4. colliget. [y] Nec illud prætereundum per sapores certius dijudicari de bonitate aut vitio succorum, aut medicamentorum quam per odorem, iuxta Auicennę sententiam loc. cit. §. sapores vero in iudicatione sunt plus veri quam odores, idem met scriptis prodidit Arist. lib. [z] sæpe cit. & Galenus medicinæ oceanus in lib. de oculis capite cit.

[r] Vide l. de cõ. mẽ. & lib. 1. de alim. facul.
[s] Ar. l. de sens. & sẽsibile. c. 4.
[t] Ga. l. de oculis c. 4. & 1.
[u] Aui. in 2. ca. 3. tract. 1.
[x] Ar. l. de sen. cap. 5.
[y] Ari. l. de ani. 2. c. 9. & Ga. l. 4. sim. cap. 23. quærit causã.
[z] Ari. l. de sen. cap. 4.

DE SAPORE DVLCI.



Quemadmodũ inter colores dantur medij & extremi, sic se res habet in saporibus iuxta Aristo. sententiam lib. sæpe cit. de sensu

su & sensibili c.4. extremi sapores sunt dulcedo, & amaritudo,[a] sapor dulcis fit ex accómodata proportione substantiæ terreæ cum humida, actione caloris temperati, hęc omnia debite commiscentis, hinc factũ est, vt Galenus lib. de oculis sect. 5. cap. 1. dulcia[b] tepidis assimilet, dicens in dulcibus calorem, & humiditatem esse temperatam, ac in tepida aqua, & non minus tactum delectare, & sic Isacius[c] li. de vniuersalibus diætis asserit dulcedinem mediocritatem significare, inter caliditatem, & humiditatem in qua sententia fuit diuinissimus[d] Galen. in lib. 4. & 2. de simp. & hoc idem significabat Au.[e] quando in 2. lib. sic dicebat, dulce nõ calefacit cum caliditate nociua, imo delectabili, sicut est delectatio aquæ temperatæ cũ effunditur supra corpus.

Inter[f] omnia, quæ nos magis nutriunt sunt dulcia, quæ quidem in nutriendo principatum obtinẽt, adeò, vt docta sit Ari. sententia lib. de sensu, & sensibili nihil nos posse nutrire, nisi de dulcedine participauerit. Quod etiam Galenus asseuerauit li. 4. sim. cap. 3. & Auicen. in 2. cant. tractat. 1. capit. etiam 3. quia cum caro sit dulcis necesse est, vt simile attrahat, & postquam tractum est,

a Quomodo fit dulcis sapor.

b Vide Barth. Anglicũ li. 19. de prop. rerum cap. 41.

c Isacius li. de di. vni. c. 14.

d Ga. l. 4. sim. c. vl. & li. 2.

e Au. in 2. lib. cap. 3.

f Li. 1. de sim. cau. ca. 6. vide Ga. l. 4. sim. c. 15. parag. Nã quidque nutrit &c. Arist. l. de sen. & sensibili c. 4. vide l. sim. 1. c. 15. & Au. in 2. tr. 1. c. 3.

est, magis delectet, hinc est, quod nutriant magis dulcia, & illa magis exoptamus Galenus lib.[g] de oculis sect. 5. has dotes dulcibus attribuit, mollificationem, maturationem, & moderatam calefactionem. Dixit moderate mollificant, Galenus in litera, quia vt paulo infra docet, dulcia hoc cum moderatione moliuntur, & aliter amara illud efficiunt. Adde nutritionẽ, quã faciũt dulcia, magis quã alia, sic dulcia magis incrassant, & impinguãt, quia vt ait Isac.[h] li. de vn. diæt. cap. 4. membra celeriter attrahunt dulcia, & parum de substantia excremẽtitia de illis superest. Aui.[i] in fen. 14. 3. de dulcibus sic scribit, dulcia conueniunt hepati, quare impinguatur eis, & magnificatur, & confortatur, Gal. autem libro de diff. cont. contrarium docet[k] asserens iecori, & renibus admodum nocere, & ipse Aui. non solum Galeno, sed etiam sibi contrarius videtur, nam in fen. 13. 3. tract. 1. cap. 19. de dulci vino sic proponit, & vinum dulce facit accidere in iecore oppilationem, & cæt. vnde colligunt multi non prodesse dulcia iecori, quin potius nocere, hæc[l] repugnantia multis visa est insolubilis, nos tamen, breuiter con-

g Ga. li. de oc. se. 5. c. 2. 5. sim. pl. c. 26. l. 3. ad Al. c. 1. Mes. in can. vn. the. 1.

h Isa. l. de diæ. vni. c. 4.

i Au. fe. 14. 3. tr. 1. c. 20.

k Repugnãtia

l Soluitur repugnantiæ.

trouersiam sedare conabimur animaduertentes dulcia si amplius decoquantur, aut plus iusto incalescant, reddi amara vt perspicuum est in melle, quod si plus debito efferueat, aut maiorem in corpore calorem suscipiat, quam naturæ conuenit proculdubio amarescit, vt eleganter nos docet [m] Galenus.

m Li.2.de fac. na.& l.3.d ra. vict.tex.11.

Secundo notandũ inter res dulces, quasdam esse crassæ, & glutinosæ substãtiæ, alias vero subtilis, his animaduersis difficultatem dirimere iam facile erit, etenim Aui. [n] quando in fen.13.3.tract.1.c.2. dulcia iecori prodesse asseuerauit, locut⁹ est de dulcibus substantiæ subtilis in moderata quantitate assumptis, [o] Galen. vero, quando contrarium præcipit venit intelligendus de dulcibus, quæ crassam, & glutinosam substantiam sortiuntur, hæc enim cum sua dulcedine membra, & iecur alliciant, cito attrahuntur, & præ crassitie non possunt comminui & concoqui, vnde mirandum non est, quod nocumentum iecori, & renibus inferant. Et sic soluetur aliud Dubium [p] de vino dulci, quod iecori oppilationes generare Auicenna in c.19. eiusdem lib. & part. affirmabat, vinum namque dulce crassium cum sua dulce

n Conciliator Au. cum. Gal.

o Ga. li. de bo. & vi. suc. c. 4. paragr. 10. illud enim de dulcibus &c.

p Dubium.

dine

dine membra commouet, vt attrahatur, & cum ſit potus, anteaquam coquatur, velociter dilabitur, & ſecum defert partes craſſas, q quibus iecur indureſcit, & obſtruitur, vel dic, ſi placet, dulcia ſi accipiantur ab homine calidi iecoris, admodum nocere, non tamen illis, aduerſari, qui iecur aliter habent. Quam ſolutionem Galenus multis in locis ſuæ doctrinæ inſinuauit, & præcipuè libro. 3. de rat. vict. coment. 11. vbi agens de mulſa dicebat iecori inflammatione laboranti nō conuenire, nec febricitantibus, quia prompte in bilem cōmutatur, hæc eſt cauſa, propter quam idem Galenus libro. 1. r de criſibus capit. 12 dulcia ſi plus incaleſcant in bilem verti, hinc fit, vt noſtrates medici in febribus, bilioſis, malignis vſum rerum dulcium magna cum religione prohibeant, hinc orta eſt cauſa, ob quam Galenus libro primo de alim. facultat. cap. 1. & lib. 3. eiuſdem operis cap 39 & lib. 2 de facult. naturalibus, mel calidis hominibus, & iuuenibus, & morbis bilioſis inimiciſſimum eſſe aſſeuerauerit, ſic intelligetur locus Hippo. & Gal. li. de ratione vict. tex. 11. & 6. Ep. ſec. 5. tex. 14.

q. Dulcia quando obſtruūt.

r Li. 6. Ep. ſec. 5. com. 14.

DE SAPORE AMARO.



Maris [f] magis in via medicinæ quam ciborum vtendum est iuxta Gal. & Auicennæ sententiam inquit enim Aui. in 2. lib. Quod purè amarum est, animalia non nutrire, & fen. 13. 3. tra. 1. cap. 20. amara vias, & meatus aperire, ac reserare docet & sic inter ea, quæ iecori auxiliantur, amara stiptica eodem loco esse asseruit.

Amari saporis proprietates recenset Auicenna, & [t] Galenus lib. de oculis hæsunt, abstergere, mundificare, lauare, & humores crassos extenuare, & sic libro 2. de aliment. facult. amaritudinis proprium esse, & peculiare, crassa extenuare, & lenta incidere Galenus prodidit, & libro 6. de simp. medica. fol. 47. lienem, iecur, renes expurgare, psoras, lichenas, lepras abstergere amara nō negauit. Quod etiam lib. 8. eiusdem operis in genere fassus est, propterea natura sagax, ac prouida quādā bilis [u] portionē ad intestina misit, vt illa suo amarore, cuius est abstergere, & abluere intestina ab humore excremē-

f Vide Auer. l. 5. col. cap. 27. Au. 2. li. 1. 1. c. 3. & Ga. l. sim. c. 15. vide ser. 1. de sim. tem. c. 2. sic Ga. 11. met. c. 16. absinthium pōti cum laudat in iocinoris affectu vide Man. 1. 19. Epist. 2. hinc constabit quomodo sit intelligendus. Mes. in cā. vni. athe. 2. quando ait amara stomachos firmare.

t Ga. l. de ocul. par. 5. c. 2. & l. 4. sim. c. 18. sera. l. de sim. tē. c. 2. Ga. l. 2. de al. fa. c. 66. ga. l. 6. sim. c. d Abrotano vide li. 5. sim. c. 26.

u Vide Au. c. de hu. do. 4. c. 1. Haly. li. 1. theo. c. 25.

titio

titio mundificaret, & facultatẽ expultricẽ intestinorum ad excrementorum expulsionem excitaret, vt perbelle Galenus est contemplatus libello de Anatomia viuorum.

Est [x] tamen hoc in loco non exigua controuersia de natura saporis amari, etenim multi medici, & philosophi, saporem amarum [y] à calore excedente fieri affirmant. Alij, inter quos est [z] Auerrous libr. 5. coll. à frigiditate posse generari, existimant.

Cõciliator [a] difficultatem conatur dirimere differentia. 145. & gentilis supra Auicennam in 2. can. cap. cit. Qui [b] omnes argumenta, quæ videntur probare [c] amarũ à frigiditate posse oriri, soluunt, ità vt ea iterum soluendi non sit necessitas, præsertim cum contraria sententia à medicis & philosophis probatissimis pro vera amplexetur Galenus enim passim posteritati tradidit amarum à calido fieri [d] lib. 4. symp. dest. 2. capit. 5. & li. 3. eiusdem operis, & [e] Arist. multo ante illud scripsit lib. de sen. cap. 5. & lib. 23. probl. probl. 35. & sect. 18. prob. 40. & 20. probl. probl. 29. à quo idem Isacius lib. 3. de diet. vni. cap. 14. Est mutuatus.

Amara adeò sunt nutritioni inepta, vt nullũ

x Dubitatio.
y Amara dixit Ga. l. sim. c. 26 meatus expurgare. abstergere sine manifesta calfactione dic illud dixisse collatione ad acria medicamenta vide. 6. sim. c. de Abr.
z Auerr. sequitur Valer. l. 1. Ena. 4.
a Soluit dubitationem conciliator controuersia. 145.
b Vide hic va. 5. l. 9. con. 5.
c Amar⁹ sapor à frigiditate potest oriri ex opinione multorũ quæ refellitur etiã ex l. 4. sim. ca. 19. & c. 21. & l. 4. c. 7.
d ga. li. 4. sim. c. 9. & l. 3. c. 1. & l. 7. & l. 5. & comp. perge e Arist. loca, ex quib⁹ deponitur contraria opinio.

nullum animal rebus amaris possit educari, quin potius eas magna inimicitia insectantur, si credendum est Auerroi [f] propterea ipse Galenus [g] scriptis mandauit lib. 6. sympl. foli. 40. & lib. 7. folio. 50. & 14. metho. cap. 19. rebus amaris enecari lumbricos, quorum tria genera in eodem loco constituit, Quem Paulus [h] lib. 4. sui operis, & Ætius text. 3. ser. 1. cap. 39. & 40. 41. sunt imitati Arist. [i] sequentes lib. 5. de hist. animalium hæc eadẽ est causa propter quam authores tradunt in pelago Palæstinæ, vt potè amarissimo nullum animal posse viuere, nec aliquam herbam, aut plantam in eo procreari, si credendum est [k] Galeno lib. 4. sympl. fol. 30. & Aristo. idem significabat libr. 2. metheo. c. 3. & Solinus cum de Iudæa pertractat, Iosephus lib. 5. captiuitatis Hebręorum, propter hanc causam bilis atra, [l] quæ amara est, muscas abigit, & interimit.

f Au. l. 5. colle. c. 27.
g al. l. 6. sim. c. de ambr. li. 4. sim. c. 20.
h Paul. l. 4. ca. 75. & 58.
i Ar. l. 5. de hi. anl. cap. 19. sic ait Au. in 2. cã. t. 1. c. 3. amarũ est grauis substantiæ siccæ.
k ga. l. 4. sim. vide Auer. in l. 5. colle. c. 27. Ar. l. 2. met. c. 3. c. 5.
l ga. l. de atrabile c. 4. & l. 14. me. c. 9. & l. 4. aph. 23.

DE SAPORE SALSO.



DE [m] tẽperamento rei salsæ magna extitit discordia inter antiquos, non enim satis inter illos constabat. Quæ qualitas in sapore salso dominaretur.

Quibus [n] omissis dicendum cũ Galeno

m Ex salso dulce fieri docuit Ari. l. pro. 23. pro. 30. 31.
n Vnde prouenit sapor salsus.

no lib. 4. simp. cap. 2. saporem salsum potissimũ ex calore, & siccitate prouenire, & res salsas corpora exsiccare, & calefacere, & parum [o] à sapore amaro salsum saporem distare, etenim si philosophiæ principia non ignoramus, verum esse reperiemus, [p] quod Aui. in 2. can. cap. 3. de salso sapore protulit, inquit enim salsum saporem fieri ex resolutione amari in insipidum vnde colligetur [q] nocumenta rei salsæ non esse multo maiora illis, quæ à rebus amaris inferuntur, quod intelligens [r] Isacius lib. de vn. diæt, & Serapio dicebat salsum saporem esse prope amarum & vtrumque esse terreum calidum quanuis non sit negandum cum Auerroe [s] libro. 3. collectam eorum rem saporis amari magis calidam, siccam & exustam esse, habent [t] igitur res salsæ facultatem extenuandi, dissoluendi, & exsiccandi, & propterea maxime nocent biliosis hominibus, & gracilibus, & illis, qui ex morbo conualescunt, propterea libro [u] primo de Art. curat. ad Glau. docebat tertiana laborantes à rebus salitis debere abstinere, & libro sexto [x] de sanitate tuenda pro gracilibus, & extenuatis balneum commendat & res humectantes, quibus si non humidum natiuum, saltem

o Salus sapor ab amaro parũ distat. l. 4. sim. c. 21. vide ga. l. 1. sim. ca. 36.

p De generations sa. si vide Mar. l. 18. Ep. 5.

q Nocumenta rei salsæ non sunt multo maiora illis, quæ à rebus amaris fiunt.

r Is. de vn. diç. c. 4. de operationibus salsi saporis vide ga. l. de oculis par. 5. c. 2. & l. de att. vic. ra. c. 3. l. de simp. tem. c. 2.

s Vide Auerr. l. 5. co. c. 27.

t Au. l. 2. tr. 1. c. 3. vide Is. 3. sim c. 15. & l. 5 c. 26.

u ga. l. 1. de ar. ad glau. c. 9.

x ga. l. 6. de sa. tuen. c. 8.

humidum nutrimentale reparabitur. Salsus nanque cibus docente [y] Galeno corpora exsiccat. Hac de causa cibus salsus cum sit [z] multum de elemẽto terræ particeps difficilis est coctionis iuxta [a] Gale. doctrinam lib. 3. [a] de ali. facul. & sic est locus Aristo. intelligendus dicentis salsum graue esse, propter istam causam carnes salitæ lib. 3. de alimẽtorum facult. capi cit. non laudantur & lib. primo [b] eiusdem operis cap. 18. & lib. 3. de locis affectis eas humorem crassum, & melãcholicum generare fatebatur, & [c] Farnelius lib. 2. de abditis rerum causis eas repudiabat, & Auic. in eadem fuit sententia in 2. Canone capite 166. & cap. 15. præsertim carnes bouinas, & caprinas, vt liquet ex Galeno lib. 3. de alim. facult. sæpè cit. detestari debemus, nam cum istæ carnes iuxta [d] Gal. placitum lib. 4. de ratione vict. text. 98. & 100. melancholica soleant exercitare accidẽtia, ac proinde sint suapte natura siccę, & ad coquendum difficiles si saliãtur multo erũt sicciores & ad edendum ineptissimæ. Quare in mentem subit nostros Lusitanos increpare, qui vbi aliquantulum diuitijs affluunt, aut ventri sunt dediti, bouinas carnes

[y] gal. l. 4. aph. aph. 13.

[z] Salsum terrestre vocauit gal. li. 5. simpl. c. 26. habet tamen salsũ non exiguum de aqueo humorę, & deducitur ex Arist. lib. 2. metheororũ c. 3. vide. 11. probl. 26. vbi idsa getur.

[a] Gal. lib. 3. d. alim. fac. c. 41. Arist. l. 23. probl. probl. 10.

[b] Gal. li. 1. de alimẽt. fac. c. 18 & li. 3. de loc. cap. 7.

[c] Far. li. [illegible] de abditis. c. 17.

[d] Gal. li. 4. de rat. vict. tex. 98. & 100. salsa sitim generãt, sed cur maiorẽ quã amara consule theophrast. l. 6. de cau. plãt. ca. 1. sed generet nec ne bilis flaua maiorẽ sitim q̃ pituita salsa? videt dicẽdũ pituitã salsam maiorẽ sitim inducere, vt patet in asciticis.

ñes, & hircinas mactant, saleque condiunt, & fumo exponunt, id pro maximis delitijs habentes.

Ex his [e] constare poterit res salsas vt pote siccas à corruptione esse, magis alienas, etenim, vt vita teste Arist. in humiditate, & calore temperato consistit, sic corruptio ab immoderato calore cum humiditate siccitati prorsus contraria resultat.

DE ACVTO SAPORE.

DE acuto [f] sapore verba agẽs [g] Galen. li. de oculis acutũ saporẽ mordere pũgere calefacere docet. 15. lib. de dæ. ivni. cap. 11. acuta in 4. gradu calefacere scripsit, & Auerroes idẽ posteritati cõmendauit lib. 5. collect. Quando ait, qualitatem in rebus acutis dominantem esse calorẽ cum multa siccitate. Quod ingenue fassus est Gale. alter medicinæ Oceanus lib. 5. symp.

Acuta appellat ipse Galenus [h] lib. 6. Ep. acria, & lib. de vict. ratione attenuante humores extenuare dixit & abstergere, & incindere, adeò, vt eodem loco dicat multos sola hac victus ratione sine medicamento à multis morbis fuisse persanatos, & vidisse

e Vide lib. 11 symp. c. de sal & res á corru. seruãt. vide galen. l. 5. simpl. c. 26. & auic. l. 2. f. 1. ca. 3. & arist. li. 21. probl. 5.

f Hic appelat acer. li. 3. de victi. rat. 2.

g Sect. 5. ca. 2. Pla. in Timæo. cap. 11. Vide pro hac re ga. li. 4. sym 18. & Theoph. 6. de caus. plã. c. 1. & aui. l. 2. t. 1. cap. 3. auerroes. c. 27. vide serap. lib. de simpl. temp. 2, gal. l. 5. simp. cap. vlt.

h gal. l. de ra. vi. att. c. 1. & 6. Ep. sect. 1. cõ. 29. quod qualitates passiu. acriũ nota nos nõ aprobare opinio. auer. qui semper sicc cõsti

tuit oppositũ in corpis, & allijs vide li. 5. simp. c. 27.

vidisse articulorum dolores mitigatos, expirandi difficultatem extirpatam, hepatis scirrum curatum, & lienis tumores sublatos solum acribus, & extenuantibus alimentis, quæ si modicè accipiantur, vt iuuant modice accepta, quando opus est, extenuatione, & abstergione sic immoderate suscepta maxime nocent, quare Aui. lib. 2.[l] cap. 4. viscеribus nocere significabat, & visum offendere in[k] 3. 3. tract. primo cap. 5. & multo ante Gal. illud idem demonstrauerat lib. 5. de cõposi. secundum locos folio. 159. & li. 4. eiusdem operis fol. 150. & lib. 2. de Arte [l] ad gla. prope finem in §. sic quoque rursus oculi ipsi ob eam, quam habent ad sentiendum facilitatem telerare[m] non possunt acrium medicamentorum viciniam, quemadmodum nec ventriculi os &c. cuius rei non ignarus Auenzoar[n] l. 1. sui theisir dicebat, acuta omnia caput replere vaporibus & halitibus, sicut allia, & cæpe & his similia, quæ quia visũ lædunt, & offendunt, orbitatis & cæcitatis medicamenta vocitabat, sed dices, cur hæc acuta appellantur. Respondeo ex Haliabbate [o] acuta, & acria nominari eo quod humores generant, ac procreant acutos, & biliosos, atque exurentes, vnde colliges vere esse

l Tract. 1.

k Vide theo. 3. 6. de cau. plãt. c. 1.

l ga. l. de ar. cu. ad glau. ca. 2.

m Idem au. fe. 3. tertij tra. 1. ca. 1. dixit acuta oculis nocere: lędunt etiã viscera l. 2. t. 1 c. 4.

n auen. l. 1. sui thei. c. 21. tra. 8. vide quæ scripsit idem Zoar in eodẽ l. tr. 9. c. 8.

o Hal. l. 5. theoricæ. c. 14.

scriptum à Galeno [p] lib. de rat. victus attenuante viscosos, [q]& lentos humores excindere, & crassos extenuare hinc apertum fit his rebus solum, vt medicamentis, & non vt cibis esse vtendum quod non negabat Rasius [r] lib. 1 suorum aph. Quæ etiam fuit nostri Galeni sententia lib. 2. de ali. facult. cap. 71. [s] quando docet non vt obsonia sed vt salubria medicamenta, allia, cæpas, ac porros esse sumenda, & fugiendum esse ab illis, quorum natura est biliosa, præsertim, si assidue sumantur, nam tunc colliricam passionem & alios morbos inducunt.

DE SAPORE vnctuoso.



AVicenna [t] lib. canticorum de vnctuoso sapore tractans illum calidum, & humidum constituit, Auerroes in ipsius cantici enarratione reddit huius rei causã, dicitq; hoc fieri, quia res pingues, [u]& vnctuosæ plurimũ de aerea substãtia sortiuntur, quæ humida, & calida ab Arist. [x] censetur lib. 2. de generatio

p ga. li. de rat. vic. atte. c. cit. vide l. 2. de al. fa. cap. vl. vbi vetat vsum acrium propter hanc causam.
q Vide Au. l. 2. tr. 1. c. 3. & 4. & Me. in can. vni the. 1. & 2.
r Ra. l. 1. suorum ap.
s Acuta alimẽta gustãda, vt medicamẽta.
t Au. l. cã. can. 31. vide Arist. l. 21. prob. 13. & l. 3. de part. c. 9. & lib. 13. pro. 4.
u Theo. saporem vnctuosũ addidit illum, pinguẽ alij vocant & illum Ar. l. 2. d an. c. 10. & l. d se. & sen. c. 4. sub dulci fuit cõplexu s calidiorem esse dulcẽ docuit Au. li. 2. tr. 1. c. 3. fol

ginas ibi vide ari. li. 2. de ge. an. c. 2. & li. 2. de part. 5.
x arist. l. de ortu, & interitu tex. 24.

y Gal. aerem frigidũ esse dixit.
z Seneca li.2. quæst. nat.
a De sap. vnctuoso vide Auerroi. l.5. col. cap.27. Gal.li. de ocul. sect.5 ca.2. vide Aui. 2. part. cãt.31. vide gal.lib.1. simpl.c.39. vbi hoc tradit discrimen inter dulce, & pingue. Vide gal.lib.1. de alliment.fac.c.30 de sesami semine li.1. de sim. medic ca. 39. sed li.4. eiusdẽ tractationis c. 9 cõtrarius videtur ab eo, q dubitanter. c.10. scripturus est. vbi nõ se resoluit differat ne pinguis à dulci. lib.6. Ep. sec.5. t.14.

ratione & corruptione, & primo metheor. cap.4. quod etiam colligitur ex li. primo de cœlo text.17. Quanuis noster Galenus plurimis in locis suæ doctrinæ aeris y temperiẽ frigidam esse asseruit, & Seneca z in suis quæst. naturalibus. De qua re alibi, Dei summi opificis auxilio disputabimus Auic. in 2. cã. c.3. & Gal. li. de a oculis vnctuosum sapore humectare, & sine manifesta delectatione mollificare scriptũ reliquerũt. Quod verissimũ est, vt quotidiana obseruatione cognouimus, hinc fit quòd vnctuosa stomacho nocent teste Auic. loco cit. Etenim sua humiditate, & pinguedine ventriculum relaxant, satietatem generant, & fastidium inferunt, si fides est habenda Rasio lib.3. ad Al. cap.1. sicca humectãt, & lubrica atque fluida reddunt, vt videre quis poterit, si quis re aliqua vnctuosa manus illiniat: propterea vnctuosa vt potè humida, aerea, teste Galeno, b prompte inflammãtur, & in bilem vertuntur. Quia c ventriculum relaxant, & breui saturant, vnctuosa commendantur in curatione famis caninæ ab Alexãdro li. 7. sui operis cap.3. Quod etiam facit

Rasius

sub pingui dulce cõtinet. b ga. li. 1. de crisibus c.12.
c Vide Ras. l.3. ad almãs. c.1. & Isa. diæ. c.15. & cap. de pingu. Alexander l.7. ca.3.

Rasius lib. 9. Ad Alm. cap. 88. & Auic. [d] & Galenus illud idem tradidere Plato de proprijs linguæ sensorijs agens vnctuosum saporem prætermisit.

d Aul. fen. 13. 3. tract. 2. c. 14 & c. 9. in fine ga. l. 2. ap. 21.

DE SAPORE ACE TOSO.



CETOSVS [e] sapor, teste Galeno lib. de oculis part. 5. cap. sæpè à nobis cit. incidit, subtiliat, aperit mundificat, repercutit, dissoluit, refrigerat hic vt Galenus eodem loco testatur, cum pontico est, in infrigidãdo æqualis, habet tamen acetosus, quòd sit aquosus, ponticus verò de elemento terræ admodum sit particeps, vt sensu patet, & intellectu. Videmus [f] enim initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, vuam, cotana, granata, & similia. Quorum quidem quantum sunt pluris temporis humefiunt, & cum sua humiditate, & ponticitate acetositatem recipiunt, deinde sapor paulatim mutatur, quousque dulces fiant, has easdẽ dotes saporis acetosi adduxit [g] Auic. Canone 2. & Galenus aliquas connumerauit libr. de dissolutione continui,

e apud aul. idẽ est acetosus. ac acidus sed Ga. li. 4. sim. c. 12. ex acido & acri permistũ esse dicit saporẽ acetosum. Sic se rapio tit. de sapore acetoso ait. Acetositati aceti permisceri acuitatem & pũctionem vide hic Bartho. Anglicũ de propr. rerũ li. 19. c. 47.

f Vide Ga. l. 4. simpl. c. 7. & 4. & Theoph.

g Au. can. 2. c. 3. & Gal. l. de diss. cont. c. 2.

ca.3.& ga. li. fim.5.c.26.

tinui,& Auicenna in 2.lib.tract.1.de sapore acetoso dicebat esse incisiuum.

i Dubiũ acida frigida in 2. gradu ponit Isa.l.d. die. vn. K vide Mes. in l.1.theo.1. l ga.l.6.Ep.se. 6.tex.4.& l.3. de sim.me. fa. c.5.ad respondendum huic dubitationi cõsule ga.l 4.sim pl.c.3.7.& 8. m ga.l.4.sim. c.4.vel dic quod sapor acetosus est permistus & ratione permistionis sic operatur.

n Quomodo acetũ subtiliat de aceto, & eius temperie ga.l.4.sim.ca. 3.

o An.2.cã.c.p. prio Alb.li. 4. min. Guil.l.5. c.10.

Ratione i cuius licet sic dubitare si acetosus sapor Authore Aui.dominium frigiditatis ostendit,quorsus Galenus, & Auicẽna locis supra citatis, k subtiliare, incindere, & penetrationem efficere prodiderunt nõne frigidi esse docuit cogere densare lib. 6. l Epidimion sect 6.& 6.eiusdem voluminis sect.2.tex.1.maxime quidem pro solutione tamen aduertendum est ex Galeno m li. 4.sim.inter frigida quędam esse quę habent partes tenues,& subtiles,alia quę partes crassas sortiuntur,horum est incrassare, constipare,densare,& cutaneas corporis partes infrigidare Illorum, n quæ habẽt subtiles partes,subtiliare est,extenuare,& aperire, sic acetum cum sit natura frigidum incidit,extenuat,& subtiliat,sic ventus boreas propter partes subtiles, & admodum delicatas, quas habet,aperit,penetrat,& in altum corporis humores defert, sic argentum viuum cum frigidum censeatur ab Auicenna, o & Alberto Magno lib. 4. de mineralibus capite de argento viuo,& Guil. Placentino l. 5.suæ chirurgicæ propter quarundam partium subtilitatem,& acritiem,quas in frigidis

dis corporibus aliquando [p] dari non est absurdum, ex Amati Lusitani sentẽtia, cui hac in re assentimur, penetrat, subtiliat, & sudorem prouocat, nec nobis (vt hoc obiter dicamus) negotium facessit sententia quorundam oppositum asserentium nimirum Cõstãtini, [q] & Platerij ca. de argento viuo, Halïabbatis in dispositione regali 2. pract. cap. de metallicis corporibus, quoniam horum opinionum argumenta facile soluemus.

p vide Ga. l. 4. simp. c. 8.

q Const. in lib. 11. suæ pract. c. de vir. met.

Pro cuius rei intelligentia operę pretiũ erit diligentem lectorem [r] Conciliatorem, & præceptorem nostrum sapientissimum Andream Alcazarem [s] consulere, ad institutum igitur redeuntes dicimus res acetosas, quia frigidum habent temperamentum, parum nutrire, quin potius multa recrementa in corpore coaceruare, vt elegantissime Arist, [t] docuit li. 22. Prob, & Galenus [u] asseuerauit libro. 4. simp. §. inuenies omnes res acetosas infrigidare, ob hanc igitur causam res acetosæ parum nutriunt, & quam plurima ingerunt corporibus nocumenta bilem nigram, quæ acida esse contingit coaceruãt, teste Galeno [x] lib. 3. de ratione victus neruosas partes lædunt, ac offendunt, tenuium partium ratione propterea mulieribus ma-

r Con. dif. 151.

s Alcazar. li 5. sui operis. ca. 14. 15. 16. & 17.

t Ar. 22. prob. prob. 3.

u gal. 4. sim. c. 6.

x ga. l. 3. de ra. vict. tex. 38.

nis nocet acetum quam viris iuxta Hipocra tis sententiam lib. eodem 3. text. cit. & 39. quia vterus secundum omnium anatomicorum sententiam neruosus est, facile nãque laxatũ ad seminis attractionẽ, & facile quoq; post seminis virilis eiaculationem contrahitur. Idem de aceto literis prodidit Galenus multis in locis suæ doctrinæ vt pote li. de puero epileptico, & [y] libr. 14. meth. 6. sed si quis eo diutius vtatur, substantiam ipsam neruorum debilitat. [z] Res acetosæ quia repercutiunt, in inflammationibus commendantur à Galeno, [a] & de illis dicebat attenuationem moliri lib. 8. eiusdem operis folio 189. & [b] li. de victu attenuante, & proptere a scripsit idem Galenus in lib. de diff. con. cap. 2. granata, & res acetosas humores ventriculi crassos extenuare, habent tamen res acetosæ hoc non exiguum malum, quod senium faciant accelerare, vt liquet ex Aui. [c] in fen. 3. tract. 2. hoc capite.

y ga. l. 14. me. c. 5.

z vide Ra. l. 8. ad Alm.

a Ga. l. 2. de cõpo. se. loc.

b Ga. l. de vic. att. c. 11.

c Fe. 3. 1. doc. 2. c. 7.

DE PONTICO SAPORE.



Pontici [d] saporis est linguam coadunare, & premere non solum superficie tenus, verum etiã intrinsecus, vnde obstruit, & exasperat, quia

d Hunc saporem vocat ga. acerbum.

quia [e] frigidus & terrestris est vt patet ex pomis, & fructibus, quos arbores producunt, qui recenter in lucem editi magnam habẽt ponticitatem, [f] & si eos gustes linguam cõprimunt, & astringunt, ac desiccant: donec suo genuino calore & solis ardore, & aliorum astrorum vi, & facultate partes, terrestres, quas possident, deponant, & crassa humiditas extenuetur, & sic dulces fiant.

Ex his patet ponticum saporem à frigiditate fieri, quod Galenus non tacuit lib. de oculis & Aui. lib. 2. tracta. 1. cap. 13 & Galenus lib. 4. simp. cap. 4. hac de causa idem Galenus [g] lib. de bon. & vit. succorum, dicebat hos fructus magis, vt medicamenta quam, vt alimenta esse deuoranda, ad fluxum ventris coarcendum, & os ventriculi roborandum, esseque huiusmodi fructus, quia frigidi, attenuandi vi inimicos.

e Vide Is. l. diæ. vn. c. 15. & Au. l. 1. the. in c. de conf. san.
f De Pon. sap. vide Au. 5. co. c. 27. vide ga. l. 4. sim. c. 7. & c. 8. & au. l. 2. t. 1. c. 3. de quibus rebus acerbũ dicaĩ apud auth. vid. ar. l. 1. de hist. an. ca. 9. 2. Aeth. c. 5. ga. l. de oc. se. 5. c. 2. li. 7. met. c. 7. Serapio c. proprio vide Is. l. diæt. vni. c. 15.
g a. l. de bo. & vi su. cap. 10. ad exactã huius rei cognitionẽ consule l. 7. sim. & 2. de lo. aff. c. 8.

DE STIPTICO SAPORE.



AVerrous [i] in lib. 5. coll. saporem stipticum, & ponticum secundũ magis & minus differe asseuerauit, quod desumpsit ex Galeno [k] lib. 4. sim. ca. 7. dicente saporem

vocatur austerus apud ga.
i Ca. 27. vide sera. c. prop.
k ga. l. 4. simp. cap. 7.

ſtipticum, & ponticum non admodum differre, ſed ſtiptico eſſe ponticum debiliorē & iure quidem hæc à Galeno aſſerta ſunt quia vt teſtis eſt Auicenna [l] in lib. 2. capit. 3 ſtipticus ſapor non adeo aſtringit linguam quantum ponticus, qui linguam adeo adunat, & cogit, vt eã exaſperare videatur, quod etiam ſimiliter inſinuauit libr. canticorum cant. 20. dum ait ponticum ſi ſtipticum ſaporem fieri ex dominio frigiditatis, & ſiccitatis, & in hoc ponticum ſtiptico eſſe fortiorem, quæ omnia multo ante [m] Galenus ſcripſit lib. 4. ſimp. med. capit. 4. & cap. 7. eiuſdem libri in §. res ſtipticæ ſunt in eſſentia ſuæ ſubſtantiæ groſſę: in quantitate autem ſua frigidæ, &c.

[l] Trac. 1. poſt medicũ c. vide ga. li. 6. de cõ. ſect. ge. ca. 5. Me. in can. vn. theo. primo.

[m] ga. l. 4. ſim. c. 4. & 7.

Quia hanc habent naturam, & temperiē res ſtipticæ magis pro medicamentis quam pro cibis eligi debent, & ſic libro de Anat. [n] viuorum cap. de anatomia ſplenis ſtiptica pro ventriculo roborando collaudat, & lib. de diſſ. cont. cap. 12 in §. & quando ſtomachus eſt debilis rectificãt eum cibaria ſtiptica, vt cidonia, & oliuæ, &c. Dicimus igitur cũ Gal. & noſtro de proprietate ſtiptici eſſe aggregare, ingroſſare infrigidare, exſiccare, & partes firmas, quibus occurrũt, reddere.

[n] Li. de ana. viuorum ca. 12. vide Auen c. de conſ. ſanit. vide Me. in cã. vni. the. 1.

DE

DE INSIPIDO SAPORE.



Onnulli [o] insipidũ inter sapores non dignantur numerare adeo, vt multi octo tantũ species saporum reponant, insipidum ab ea classe excludentes, verum, quia permulti insipidum inter sapores collocarunt, dicimus cum Galeno [p] 4. sim. hæc esse insipida appellanda, quæ dum gustamus, sentimus esse de gustu aquæ, qui penitus nullus est succorum sapor, illud idem insinuabat li. 2. [r] de alim. facult. ca. 68. quando ait insipidum esse aqueum, subfrigidum, quod similiter ex Auic. [s] deducitur lib. can. 31. eandem rem asserente, propterea eodem lib. 4. c. cit. Galenus ipse docebat, insipida non nutrire, & sic lib. 5. eiusdem operis cap. 8. recensens incommoda, & nocumẽta, [t] rerum insipidarum insipidas res de natura aquæ vocabat, dicebatque ingrossare aggregare, stupe facere, lib. 3. [u] de alim facult. in fine illius capitis cucurbitam in hac classe reponit, de qua scriptum est lib. 2. de ali. facult. cap. 3. in hunc modum cucurbita autem, de qua dicere instituerã elixa aul-

o Vide au. l. 2. tr. c. 3. & the. l. 6. de cau. pl. c. 1. & Ra. 4. 3. ad alm. c. 1.

p ga. l. 4. sim. c. 3.

Cur sapor insipidus dicatur vide ga.

r ga. l. 2. de al. fa. c. 68.

s au. in cã. cã. 31. auer. ibidẽ & serapio de sapore insi.

t Vide Mes.

u ga. l. 2. de al. fac. c. 68.

lam euidentem saporis habet qualitatem, nisi quis dicat, quendam ^x etiam hunc esse saporem, qui nec acris, nec salsus, nec acerbus nec amarus est, nec aliud quidquam huiusmodi manifeste repræsentet, veluti, nec ipsa aqua, verum huiusmodi omnia appellare consueuerunt ἀποια 1. qualitatis expertia, & paulo infrà hæc verba subdit. Quæ pro maiori intelligentia saporis insipidi códucunt, ^y proinde cucurbita quantum in se est humidum frigidumque & ob id exiguũ corpori præbet alimentum, vt paulo ante de his omnibus, quæ succum habent aqueũ atque tenuem, præcepimus &c. hæc igitur dicta sint pingui minerua de saporibus & eorum naturis, & ad textum Aui. redeũtes, ^z qui sic se habet, nutriens melius est, quod melius sapit, dicimus esse intelligendum atque interpetrandum hac ratione. Illud alimentum meliorem generabit in corpore succum, & melius digeretur, quod suauius, & delectabilius gustui extiterit, quia dum ^a alimentum gustui est delectabile, ac saporosum virtus melius illud amplexatur, retinet, concoquit, digerit, & in sanguinẽ transmutat, & tanta certè est vis huius recreationis, atque delectationis, vt sæpissimè medici

x Quis sit sapor insipidus, & quod per negationem aliorum saporum ipsa natura illi patefecerit.

y De temperamento cucurbitæ.

z Locus Auic. declaratur.

a Quantum faciat cibi suauitas.

cibos

cibos non tam bonos, & culpabiles bonis, & inculpabilibus insuauibus tamen præponant vt eleganter posteritati tradidit Hippocrates [b] lib, 2.aph.dicens paulo deterior potus ac cibus suauior tamẽ melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus, quæ etiam fuit sententia Galeni [c] lib.6.Ep. sect.4.tex.8.§.omnia enim libentius ac suaui' accepta, etsi paulo deteriori natura sint, melius concoquimus, quod Galenus, vt Aui. hic in meliorem edulij retentionem à virtute reijcit, sic proferens in enarratione sententia.38.lib.secundi [d] nam quæcunq; cum voluptate assumuntur, ista ventriculus amplexatur, & facilius concoquit. &c. hoc significabat Rasius [e], quando l.25.cont.ca. 1.dicebat vbi delectatio ibi bonitas digestionis, hoc idem asserebat Auicenna [f] in l. suo canticorum in cant.17. in his verbis, vtatur ergo eis homo secundum vsum, & consuetudinem suam, nec sunt appetitus, & delectatio cibi amittendi, quod & Auerroi [g] nõ solum placuit in enarratione sententiæ adductæ, sed etiam in li.5. collectaneorum & Isacio de vniuersalibus diæt.cap.7.in §.non saporosos vero abhorret natura, vnde stomacho nocent, & vt Galenus perite admo-

b Hip.l.2. aph. 38.

c Ga.lib.6.Ep. sect.4.tex. 8.

d verba ga.li. 2.aph. cõ. 38.

e Ra.l.25.cõt. c.1.

f Au.in cã. cã. 17.

g Aue.l.5. colliget Isa. c. 7. de diæ. vni.

dum aduertit, Aph. 38. l. 2. nauseam vomitũ prouocant, & iecoris, valorumque grauitatem, & pondus inferunt, hinc h colligat peritus medicus pro praxi quotidiana infirmos non esse omni rigore tractandos, sed sæpissime eorum voluptati esse indulgendum præsertim si alimenta, quæ medicus præcipit, sint viribus æqualia, in ijs i enim consonum est medicus studeat, voluptuosum, & magis ægro delectabile, ac saporosum administrare.

h Consiliũ pro praxi.

i Vide Hip. li. 6. Ep. cit.

EX vicibus præterea satiantis, comestionis melius est, vt homo vna die semel, & altera bis mane, & vespere comedat, veruntamen in hoc vsus vehementer est conseruandus, quoniam si ille, qui bis in die comedere consueuit, semel comedit, debilitabitur, & laxabitur, eius virtus, sed qui digerendi debilitatem habet bis comedere debet, & raro comedat semel in die, & qui semel in die comedere consueuit, si ad bis comedendum redibit, accidet ei debilitas, & pigritia, & laxitas, & si sine comestione permanserit, nocte illa debilitabitur, & si cænauerit, non digeretur, & accidet ei ructus acetosus, & malitia animæ, & nausea, & oris amaritudo & lenitas ventris, propterea quod

stoma

stomacho immisit rem, quam non consueuit, & acciaet ei aliquod accidentium, quæ accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digestum, quæ nunc scies, & ex eis quidem, quæ accidunt ei, cuius nutriens non bene fuit digestum sunt oris stomachi dolor, & mordicatio, & videbitur sibi, quod, omnia eius interiora, & intestina sint suspensa, propter vacuitatẽ stomachi, & propterea quod in se ipso colligitur, & contrahitur & minget vrinam ardentem, & egeret rem ardentem, & est etiam cum in extremitatibus accidit frigus, propterea quod cholera rubea stomachum inflammant, & hoc quidem est magis in cholericas habentibus complexiones & similiter in eis, qui habent in stomacho choleram rubeam, & non in toto corpore, & corrumpetur somnus, & in latus de latere reuoluetur.

SCHOLIA.



ON intelligit comedendum vsq; ad omnimodam [k] satietatẽ sed propè ad illam, quia dixit supra, vt accedat prope ad saturitatem, remanentib⁹ tamen reliquijs famis, & li. [l] canticorum in can. 183. dicebat vehementem saturitatem & cra-

k vide l 6. Ep. sect. 2. t. 22.

l Auci. in cāt. 183.

m Vide decau. morb.c.7.

n Apostoli lcus elegantissimus.

o Auer. lib. 6. coll.

p Auic. in cãt. cant. 12.

q Vide hic guidonem tract. 2 in cura antracis vbi recitat veterũ opiniones de hac re.

r auẽzoaris opinio.

f gal. lib. 6. de sani. cap. 7.

& crapulam suffocare m calorem naturalẽ: & extinguere, quod Auerrous in cõment. Exemplo elegantissimo demonstrat: propterea Apostolus n sic scribebat, fratres sobrij estote. Et cæt.

In §. vt vna die semel & cæt. tradit quoties sit comedendum. Quam doctrinam inculcauit etiam o Auerrois in lib. 6. coll. capite de regimine corporis temperati, vbi docet corpora temperata tribus vicibus in duobus diebus, esse reficienda, & eam posuit Auic. p in li. cant. 12. Quo loco Auerrous ipse sententiæ Auicen. reddit rationem, aitque hunc ordinem esse meliorem, quia cibus tunc optimè concoquitur, & accipitur. Quando q hesterni iam est celebrata concoctio & digestio tertia, quæ nõ perficitur, nisi in spatio 18. horarum, hoc autem tempus datur, si quis in duobus diebus tribus vicibus vescatur, quæ etiam fuit Auicennæ, relicta Auenzoaris gloriosi opinione assertio. Qua in re vt in plærisque alijs, quæ ad tutamen sanitatis spectant, vsus, & consuetudo est seruanda, sunt enim permulti, qui vna die duabus vicibus cibari consuescunt, vt de se ipso prodit Galenus libro 6. f de sanitate tuenda cap, 7. vbi recenset ordinem,

quo

quo ipse alimentis vescebatur. Alij sunt, qui tribus vicibus vna die refici solent, vt iam clare constat ex hist. [t] Galeni de duobus senibus, qui centum annos vixerunt, & trib⁹ vicibus, vna die comedebant, parcè tamen, & sobriè, vt sic calori in senectute debili pabulũ suggerereretur, pro tẽpore accõmodũ hæc consuetudo non est prætermittẽda, sed conseruanda, etenim vt ait [u] Rasius lib. 25. cont. mutatio consuetudinis in numero tẽporum comestionis maximè nocet, adeò, vt qui consuetus est prandere, & non prandet, sed solum cœnat, incidat in hæc symptomata, ab Auic. in præsentiarum posita, & ab Hipp. iam multò ante litteris cõmendata, lib. 2. [x] de victu acutorum in hunc modum.

t gal. li. 5. de sanit. c. 4.

u Rasi. li. 25. cont. c. 1. vide 2. de Rat. vict. tex. 20. 33.

x Hipp. lib. 2. de vict. acut. tex. 24.

Prætereà, qui bis die sumere cibum consueuerunt, ij nisi pransi fuerint imbecilli, & infirmi fiunt, timidique ad quoduis opus & cardialgiaci, nempè his viscera pendere videntur, calidum mingunt, & viride. i. pallidum, stercusque exuritur, sunt [y] quibus os amarescit, oculi cauantur, & tempora saliunt, partesque frigescunt extremæ. Et cæt. non minora quoque mala eueniunt illis, qui non consueti cœnare, cœnant, nec

y Quæ accidentia illis eueniũt, qui cõsueti prandere solum cænãt, & quæ illis, qui cænam omitũt.

sunt vnica comestione contenti, his illa contingunt, quæ Auicenna hic, & Hipp. z lib. 2. cit. text. 25. docuit ventris grauitaté incurrunt, in vno & eodem situ non possunt noctu consistere, sed perpetuo modo in hoc, modo in illud latus vertuntur.

z Hip. li. 2. de vict. acu. 25.

Corpora præterea habentibus, in quibus cholera rubea magis adunatur, est necesse, separatim comedere, & vt tam velociter sit quatenus sit, anteaquam balneentur, alia vero ab ijs, excitari debent, & etiam balneari deinde cibari, sed comestio balneationem non præcedat, quod si alicui necessarium fuerit comedere anteaquam exerceatur, solum panem tali sumere mensura debet, vt digeri possit anteaquã suum incipiat motum, & quemadmodum oportet motum, qui est ante comestionem debilem non esse: ita necesse est ei, ne motus, qui est post ipsam sit nisi suauiter, & molliter.

SCHOLIA.



RAsius lib. 25. con. cap. 1. hoc significabat, quando sic scripsit, habés corpus macilentũ bis vna die comedat, leuiterque in prandio & copio

copiosius in cæna [a] Galen. huiusce rei causam reijcit in frigiditatem noctis, qua calor ad partes exteriores & interiores ventriculi colligitur. Occasione cuius licet dubitare, sit ne Galeni & Rasij sententia vera, [b] qua asserunt copiosiora alimenta noctu esse sumenda, & parcius prandendum, quam sententiam memini olim defendisse publice Salmanticæ in omnium doctorum Salmãticensium corona, illamque litteris mandasse in nostris medicorum placitis.

a ga.l.de diff. con.c.1.

b Quæstio.

Pars affirmatiua quæstionis ipsa experientia potest confirmari, videmus enim homines, hac ratione segerentes salubrius degere: hac ratione antiqui propterea tam salubriter, tamque secunda valetudine præditi vitam suam traducebant, & per tot annos durabant, quia hunc habebant morem, adeo, vt mane solo pane vescerentur, nocte suilla, & crassioribus ferculis, & hoc certe significabat Hippocrates [c] quando li.1. de victu acut. text. 25. sorbitionem dari præcipit, noctu vero offerri cibaria, prætera rationibus confirmatur.

c Hi.l.1.de vi. acu.tex.25.

Prima ratio est, calor naturalis est instrumentum facultatis naturalis, ergo multitudo alimentorum debet esse proportio

p Calor naturalis noctu est copiosior.

portionata calori naturali, d sed tempore nocturno, & vespertino calor magis abundat, & copiosior est, ergo copiosius cœnandum est, parcius tamen prandendum, quod calor naturalis sit nocturno tempore copiosior deducitur, ex frigiditate noctis, & tenebrarum obscuritate, quæ calorem ad intima corporis cogunt.

e Facultas naturalis noctu fœlicius operatur.

f Ga. lib. 1. de sim. cau. c. 8.

g al. lib. 6. Ep. sect. 4. 13. & tex. 25.

Adde id maximè esse faciendum, quia noctu dormimus, & somno calor retrahitur, & e facultas naturalis tunc temporis fœlicius operatur, tum propter hoc, tum propter quietem facultatis animalis, illa enim cum tunc ocietur, nec facultatem naturalem, nec calorem naturalem distrahit, vt constat ex lib. f primo de simpt. causis capitulo octauo, & ex li. 6. Ep. g sect. 4. text. 13. & 25. & 6. eiusdem, eiusdem voluminis se. 5. tex. 10.

Secunda ratio hæc potest adduci, alimenta sunt offerenda propter resolutionem, viribus tamen bene consideratis, sed vesperi maior facta est resolutio, & vires, vt supra deductum est, sunt vegetiores, ergo copiosius cænandum.

h Pars negatiua questionis.

Negatiua h sententia sic probari potest, si eo tempore copiosius comedendum est,

quo

quo calor, & facultas naturalis robustior est ergò non vesperi, sed mane id est faciendũ quippè [i] qui matutino tempore, facultatis naturalis, & calor natiuus magis vnitus, & fortior apparet, quia præcessit nox, & data fuit quies, & sanguis regeneratus, quibus omnibus spiritus magis restaurantur. Et eo magis [k] hoc dicendum est, quia aduentu solis, qui omnia viuificat, calor naturalis intẽditur, corroboratur. Adde quod sicuti somnus ad coctionem iuuat, sic vigilia teste Galeno [l] lib. 12. Methodi. ad digestionem, & alimenti per omnes corporis partes distributionem prodest. Id ipsum conantur non nulli ratione hac suadere. Quoniam matutino tempore homines laboribus obeundis tota die præparantur, & vt deducitur ex Galeno [m] & Hippo. lib. 2. Apho. vbi fames laborandum non est, si igitur mane copiosius non comedant, non poterunt laboribus sufficere.

i matutino tẽpore quales vires habeamus.

k Sol omnia solet viuificare. vide Arist. lib. de vit. & morte.

l gal. lib. 12. met. c. 3. vigilia ad alimenti distribuitionẽ prodest.

m Lib. 2. aph. 16.

Conciliator [n] Aponẽsis differentia 121. multas proponit sententias, aitque nõnullos arbitrari cænam prandio debere esse copiosiorem, alios sibi persuasisse contrariã sententiam, alios hoc cum distinctione, & limitatione facere dicentes, pituitosos, &

n Conciliator diffe. 121.

frigidos

frigidos homines, melius debere prandere, eo quod calor eorum debilis est, & calore diei subleuatur, & intenditur, qui copiosiori cœna assumpta promptissimè pituitæ copia suffocaretur, peritissimus Valesius lib. 6. suarum controuersiarum cap. 7. sententiam Conciliatoris refert, & cum ipso Cóciliatore hanc conclusionem proponimus.

o Valesius l. 6. contr. c. 7.

p Conclusio.

In p affectibus capitis ortis ex humorũ vitio, vt vertigine, morbo comitiali, hemicranea, oculorum lippitudine, & capitis defluxionibus, si bis sit edendum, copiosius prandendum, & parcius cœnandum, q & firmatur ratione, quia cũ concoctio alimenti teste Gale. lib. 1. Apho. 15. similis elixationi sit carnis in olla, vapor alimenti, si fuerit multum in cœna assumptum, caput replebit, & defluxio aut capitis morbus materialis incrudescet, probatur etiam authoritate Auicennæ,[r] qui in fen. prima 3. doct. 2. cap. 11. in curatione morbi comitialis, hoc præcipit vt minoretur cœna, & prandium augeatur, idem facere solent omnes periti, ac docti praxin exercẽtes, qui quidẽ in morbis oculorũ, morbo comitiali, auriũ dolore, catarro, atq; destillatione prãdiũ magis lautũ, cenã verò multo tenuiorẽ iniũgũt.

q Probatur conclusio.

r Aui. fen. 1. 3 doct. 2. c. 11.

Secunda

Secunda conclusio in hominibus sanis copiosius est cænandum, parcius prandendum hæc conclusio satis patet ex illis, quæ supra proparte affirmatiua quæstionis incul cauimus. Diximus in hominibus sanis, vt intelligas eos homines nullam partem læsam habētes copiosius cænare oportere, quā prandere, quia [t] post prandium magis ac magis calor dissoluitur, & dissipatur, noctu verò tantum abest, vt dissipatur, quin potius propter somnum, & frigiditatem noctis, & quietem à laboribus magis vnitur, & ad locum coctionis congregatur, hìc tamen velim animaduertas illud, quod aduertit Cōciliator [u] controuersia cit. §. propter tertiū hoc similiter de cæna, & prandio esse faciēdum ab hominibus, qui ægri essent, dūmodò morbus sit immateriales, hoc eleganter insinuabat diuinissimus Galenus, quando lib. 7. [x] metho. cap. 6. procuratione intemperiei immaterialis vētriculi crassiora alimēta vesperi assumi iubet, tenuiora interdiu.

2. Conclu.

t post prādiū calor magis dissipatur.

u Cōtrouersia 121.

x Gal. lib. 7. metho. c. 6.

Tertia cōclusio. Quādo vię obstructæ, aut naturalis est viarū angustia, quia his distributio impeditur, optimū est cænā imminuere, & prādiū augere, quia calore solis, & motu euocato calore ad extima, distributio

felicius celebratur, quare iam ad argumenta contrariæ opinionis respondeamus. Ad primum y concedendum propter sanguinis regenerationem, & spirituum, tum propter quietem, in nocte factam, facultatem manè esse robustiorem, quam vesperi, verum non esse copiosius prandendum quam cænandum, quia non solum status præsens, sed futurus est considerandus, à prandio enim paulatim ac paulatim dissoluitur calor, & virtus deijcitur, noctu verò magis, ac magis roboratur, firmatur, vnitur, & minus dissipatur, vt appositissime nos docuit Galenus li. 3. z de cau. pul. quando ait noctu meliorem fieri coctionem, quia virtus in altum corporis se se recipit, interdiu verò ad extima diffunditur & ad multa opera, quæ interdiu exercentur, distrahitur.

y Ad arg. 1. responsio.

z gal. lib. 3. de cau. pul. c. 9.

Ad 2. a dic. vigilias iuuare distributioné, vt argumentum probat, sed quid prodest, distributio sine perfecta coctione? hinc colliges, b quod obiter notamus, quam turpiter fuerint hallucinati medici antiqui, qui nullum in suis scriptis nec quotidiana praxi discrimé cóstituebát inter coctioné, & digestioné, sed pro altero alterú sumétes nó sine parua dignitatis medicę, & ęgrorú iactura.

a Ad. 2.

b Medici taxã tur.

Ad [c] alterum argumentum respondemus, inanitos, & famelicos ab exercitio esse arcendos, quia exsiccantur, & admodum resoluuntur, verum quia multi homines vt pote messores, & fossores, & alij, qui artes mechanichas laboriosas exercent, non possunt laboribus sufficere, nec præstare, quanuis lædantur ex cibo assumpto in copiosa quantitate ante exercitium hoc melius esse, quam inaniri, exsiccari, & resolui. [d] Quare nostræ conclusiones, vt multa paucis perstringamus, non possunt omnimodam veritatem retinere in omnibus officiorum cõditionibus, nec in illis, qui vitam agunt seruilem, & terram fodiunt, aut fruges metũt, aut alia laboriosa munera obeunt: vt plurimum tamen cæna prandio debet esse copiosior, & moderata, atque tenui cibi quantitate vtendum ante balneum, ita vt sit solus panis, quod etiam faciendum ante exercitium vt Gal. [e] sui exemplo insinuabat li. 6. de val. cap. 7.

c Ad tertium.

d Nota.

e Ga. lib. 6. de val. c. 7.

In §. quemadmodum oportet motum, tradit præceptum pro sanitate tuenda, illudque est, de motu, & exercitatione ante cibum, quem motum, & exercitationem Galenus commendabat libro. 5. [f] de val. ca. 11.

f Ga. l. 5. de val. ca. 11, & 10.

 adeo

adeò, vt lib. de Bonitate & vitio succorum cap. 1. in fine omnes amicos suos, quibus hoc præceptum tradiderat, per longum tẽpus sanos, & incolumes perstitisse glorietur, propterea Hippocrates, quia motus ante cibum est faciendus, g lib. 6. Ep. sect. 6. tex. 4. nonullas res non naturales recenset, & primo loco labores collocauit, & secundo loco cibum, idcirco in opere Apho. vt h Gal. scribit libro 2. de sanit. cap. 2. proditum est ab eodem Hippo. laboris cibũ præcedere oportere, quam eandem sententiam Galenus inculcauit libro de consuetudinibus cap. 4. in cuius cap. initio in hæc verba prorumpit, quando quidem eam omnes facultates naturam habent, vt ab exercitationibus augeantur, roborenturque, ab ocio autem lædantur, motus enim roborat, ociũ tabefacit, testes Hippocrate libro de ijs, quę in medicatrina fiunt. Nec ab hac Hipp. sententia & Galeni alienus fuit i Plato in tymæo agens de tribus animæ speciebus non solum ad philosophiam, sed k & ad sanitatem mediocrem exercitationem valere asseuerauit, hic labor ante cibum assumendus est, vt Auicen. hic à Galeno plurimis in locis suæ doctrinæ est mutuatus. Nec l post cibum

g Hip. li. 6. Ep. sect. 6. tex. 4.

h gal. li. 2. de san. c. 2. vbi ad marginẽ inuenies hanc sententiam nõ reperiri in apho. sed tamen l. 6. Ep. com. 4. te. 31.

i Consule Aui. fen. 1. l. 3. tr. 2. l. 10. vide Arist. l. 30. pro Hip. l. 6. Ep. se. 2. tex. 22. vide lib. 6. Ep. sec. 5. t. 10. 2. p. li. de medi in. sect. 3. te. 8.

Plato in tim.

k Vide quæ tradidit fulgo. in laudẽ exercitij.

l Nec leni exercitio esse vtẽdum post cibũ voluit Cel. li. 1. sui ope. c. [illegible]

cibum conuenit, nisi sit inambulatio certa, & exigua centum passuum, vt est monstratum à Rasio lib. 25. cont. cap. 1. vbi ait post cibum lento passu inambulandum esse, & à forti exercitatione cauendum, quia vt moderato labore vires roborantur, si sit ante cibum, calor reuiuiscit, excrementa tertiæ coctionis excernuntur, sic si post cibum idem labor assumatur, authore [m] Galeno lib. de bonitate & vitio succorum cap. 3. maximè lædet, cruditates generabit, & frigidos humores procreabit quia alimenta in cocta turbulento motu rapiuntur. Maximè igitur prodest labor ante cibum, adeò, vt Auicenna [n] fen. 3. primi doct. 2. cap. 1. dicat eos, qui exercitantur, secundum modum suæ æqualitatis, [o] & hora sua, nullo indigere eorum medicaminum, quæ materialibus ægritudinibus sunt necessaria, de quare Galenus [p] lib. 3. Apho. 20. scripsit labores & exercitationes varijs modis corpora expurgare, & Auerrous [q] in enarratione cãt. cant. 147. protulit corpus exercitatum non indigere aliqua euacuatione, nec per venæ sectionem, nec per medicamentum expurgans.

m Lib. de bon. & vit. suc. c. 3.

n Aui. fen. 3. primi. doct. 2. cap. 1.

o Nota.

p Gal. lib. 3. Apho. 20.

q Auerro. cãt Aui. 147.

Loquitur de corpo. e æquali exerci. ato

Corrupto præterea desiderio, quod ad res declinat acutas, & nec dulces diligit & vnctuosas, nihil est melius, quam vomitum, cum tali, quale est oximel cum raphano, post pisces prouocare.

SCHOLIA.



Vratiuã præcipit sẽtẽtiã, quę verſatur circa appetitũ corruptũ, pro cuius rei intelligentia aduertendum eſt, appetitũ cibi eſſe opus ad vitam neceſſarium, docente Galeno [r] li. 6. aph. 3. eſſeque opus ventriculi, vt etiam teſtatur Galenus [f] lib. 3. Ep. ſect. 3. text. 38. & præſertim ipſius oris, vt poſteritati traditũ eſt lib. 1. de victus ratione in acutis text. 18. prope finem, vtrum autem hoc opus ſit naturale, an animale multi hæſitauerunt, Galenus, cui hac in re aſtipulamur lib. 6. [t] de locis cap. 3. opus eſſe facultatis animalis, & nõ fieri citra noſtrum ſenſum longo diſcurſu demonſtrat.

r ga. l. 6. apho. 3.

f Ga. 3. Ep. ſe. 3. tex. 38.

t ga. l. 6. de lo. aff. c. 3.

Iuxta cibi appetentiã multa contingere ſymptomata docuit nos ipſe Gal. lib. primo [u] de ſympt. cauſis c. 7. vbi ſic ſcripſit, voco

u ga. libr. 1. de ſym. cau. c. 7.

autem

autẽ in appetentiam, cum quis nihil omnino appetit: diminutam vero appetentiã eã, quæ imbecilla est, porro vitiosarum aliæ ad immodicam cibi atque potus, sumptionem sunt deditæ, aliæ ad alienarum qualitatum desiderium propensæ: [x] hanc vitiosam appetentiam conatur in præsentiarum remouere, quia omnino est præternaturalis, & naturæ fabricam deuastans, fit illa, vt rei perfectam cognitionem habeas, ex Galeno [y] lib. 1. de symp. causis cap. 7. in viris & multo magis in mulieribus vtero gerentibus, vocatur græce citta, latine pica, seu picatio, huius vitij meminit Hip. li. suo de superfætatione. [z] Paulus li. 1. sui operis docet picam hunc morbum appellari de sumpta similitudine à quadam [a] aue, quæ latine pica, hispanè eodem modo, Lusitane, pega, nuncupatur, quia vt hæc auicula varijs pennis exornatur sic qui [b] hanc prauam affectionem habent, varia edulia, & cibaria appetunt vel quia eadem auicula eodem morbo sæpe corripitur, Aetius [c] cap. 10. sermone 16. sui operis idem sentit, fit hoc vitium vt præter locum citatum testatur [d] Galenus libr. 5. de locis. [e] Quando tunicæ ventriculi vitiosis humoribus sunt refertæ, ac imbutæ, & adeo desiderium

x Vide Au. fe. 13. l. 3. tr. 2. c. 10. de corruptione appetitus.

y ga. lib. 1. de cau. sym. ca. 7.

z Pau. li. 1. ca. 1. vide l. 6. Ep. sec. 5. cõ. 14. & l. 4. sim. c. 5.

a Vnde dicatur pica morbus.

b Vide Aet. li. 6. c. 10.

c Aet. ser. 16. c. 10.

d ga. l. 5. de locis. c. 6.

e Quãdo fit hoc vitiũ Ae. l. 9. cap. 23. in prægnantibus sæpe cernitur appetitus hic vide etiã ser. 3 l. 1. c. 23.

derium deprauatur, vt non solum res acetosas, sed & acres salsas, & acutas sæpe hac affectione laborantes, appetant, & quod maius est, lutum, testas, extinctos carbones, & alios huiusmodi cibos absurdos desiderent.

Curandus est hic affectus vomitione, quia quanuis humores abūdantes sint crassi & graues, tamen maxime prodest, loci ad euacuationem commoda dispositio, vt decantatum est à Gal. lib. 1, apho. 20. & ex 4. f aph. 17. & 20. desumitur prouocabitur vomitus ieiuno decoctione seminis anethi, & raphani pauco oximellite misto, & si vrgeat affectio procuranda est ventris solutio humore prius extenuato, & inciso, vt cordatissime suasit Galenus in omni euacuatione faciendū l. 2. aph. 20. accipiat igitur quicūq; hac ægritudine laborat geneliabin de sacharo vnc. j. & semis, oximellitis simplicis vnc. semis, aquæ absinthij vnc. ij. & hoc serapiū pro necessitate, & humoris copia iteretur. & ne balbutiat nouitius medicus, in huius serapij administratione aduertendum est, geneliabin g esse vocem Arabicam, & significare syr rosatum simplicem aqua endiuiæ prius lauatum, & quia hic syr, pro ventriculi morbo

f 4. aph. 17. & 20.

g Quid sit geneliabin de sacharo.

bō paratur,[h] non est aqua in multa quantita te immiscenda, vt longiorem moram trahat in ventriculo, & sua vicinia melius humores concoquat, atque extenuet, & incidat, quod non solum faciendum est, quando humores in ventriculo redundantes conamur expurgare, sed etiam in morbis thoracis, & capitis, vt Deo auxiliante, in nostra praxi dicemus.

h Documentū optimum pro praxi.

Humore iam ad expulsionem præparato, vtendum hiera simplici Galeni in forma pillulari, hanc enim Galenus passim ad humores ventriculi vitiosos deponendos laudat, & vice cretæ amylum est sæpe concedendum, vt Aetius loc. cit. nos docuit ventriculus[i] oleo cydoneorum cum lana succida est fouendus, & non solum vna vice humores sunt deponendi sed sæpe iteranda euacuatio ex pillulis de hiera, & pauco agarico admisto, sumatque æger has tabellas corpore ab excrementis bene purgato singulo mane in quantitate vni. drac. & desuper vinū absinthites toties à Ga. in suis scriptis celebratū degiutiat, tabellę sic parari debēt. Rc. spcierū diarrodonis abatis, diamargaritonis frigidiana, drac. j. aromatici rosati scrup. j. cū vnc. senis quinq; sachari albi ad ignē parēt cō

i Topica medicamenta.

 ditum.

ditum,& postea ex eo rotuli formentur.

Optimum erit parare emplastra ad scuti formam, quæ non scribimus, vt alio loco magis opportuno dicantur.

QVi autem ex hominibus pinguis existit, oportet, ne illico cum egreditur balneum, comedat, sed spectet, & paruum dormiat somnum, & huic quidem semel comedere in die est conueniens.

SCHOLIA.



VO pacto pingues homines sint gubernandi, docet Auicenna, atque pinguem non oportere statim cum balneum egreditur, comedere, sed illi somnum esse conciliandum, & melius esse, vt vna die semel comedat.

Pro explicatione huius Auicen. documenti aduertendum est pingues homines, vt eleganter nos docuit Galenus li. 2. [k] de tẽperamẽtis duobus modis esse pingues, altero à natura; altero ab occasione nimirum quia, cum essent graciles, & sua natura extenuati in otio, & quiete viuentes multis fer-

k Li. 2. de tẽp. c. 16. vide hic g a. l. 2. ap. 44. q̃ pulsu crassorũ vide l. 1. de dig. pul.

culis,

culis,& alimentis abundantes pinguedinẽ contraxerunt & obesi sunt facti, sic intelligendus est locus Galeni li.6.de anatomicis administ.quando dicit,otiosos pinguedine abundare,& alius locus [l] declarabitur, qui habetur li.11.simplicium,[m] quando ait pingues fieri,qui bene nutriuntur, & pinguedo fit ex calore, & humiditate, frigiditate tamen conseruatur,vt est scriptum lib. [n] eodem.6.de anat.administr. etenim calore liquescit. docente Galeno [o] lib.3.Ep. [p] quãtum autem corpora frige faciant ocium, & immoderata quies, non est addubitandum cum hoc sæpissime à Gal.[q] sit assertum,quãdo dicebat,ocium non solum frigefacere, sed & morbos frigidos inducere.[r] Pingues homines siue sint à natura,siue ab occasione hac ratione sunt tractandi,& quia Galenus [s] li.1.de sanitate tuenda cap.5.corpora obesa,ac pinguia non approbat, conandum est,pinguedinem ad mediocritatem traducere,& hoc faciendum,quemadmodũ [t] Galenus suasit lib.6.de valetudine minuenda est digestio, continua ventris deiectione, augenda corporis [u] exhalatio celeri membrorum exercitatione & fricatione partiũ mulcebri,& ad balneum sunt deducendi,

l ga.locus lib. 11.sim.declaratur.
m Vide hic li. 3.de par. ani. c.9.& l.4.c.3. Au.p.p.cã.3i.
n ga.l.6.ð an.
o ga.li.Ep. 3. sec.3.tex.70.
p Hic animaduerte pro generatione adipis perperam Mat.in Ep.ad Hoff.dixisse à frigiditate generari, cohæret illa á frigiditate vid ga. l.2.de tem. c. vl.l.2.c.9.
q ga. de caus. mor.c.9.
r Vide.l.de sa. diæt.text. 12 & 13.
s ga.l.1.de va. c.5.
t ga.l.6.de va. ca.8.
u Vide l. de blnamidijs & li. de me.exp.

nec statim post balneum sunt cibandi, vt Aui.hic, & Galenus supra nobis præcipiūt nutriendi sunt alimentis, x quę corpori exiguum præbent alimentum ex Gal.præcepto, nam, quæ multum nutriunt, sunt fugienda, adeo vt dicat ipse Galenus y lib.5. de va. dum corpus obesum fuerit visum, cogitandum esse, an in ocio, & quiete extiterit, cibisque multum nutrientibus fuerit vsum, conciliandus est somnus in his statim à balneo, vt Aui.hic docet ex z Galeno l.14.meth.cap.15.§.verum cibum exhibere, nō statim à balneo, sed interposito somno, conuenit, &c. Ratio est quia cū isti corporis meatus habeant angustos, calor non potest, tam bene intro colligi, quam post balneum ad somnum capessendum. Dices a tamen quale debeat esse hoc balneum quo vti debent præpingues? Respondemus b cum Galeno lib.14.me.cap.15. balneum aquæ aliquantulum digerentis esse necessarium, cuiusmodi in Lesbo Galeni tempore non longe à Mytilene cernebatur: hoc enim balneum non solum ad obesitatem minuendam iuuat, sed etiam ad hydropicos tumores.

x Quale vinū conueniat pinguibus vide l.14.me.c.15.

y Ga.l.5.d va. cap.2.

z Ga.l.14.me.c.15.

a Dubium.

b Responsio.

Potus in his sit vinum album Hispanum hoc enim calfaciendi, ac exsiccandi faculta

te præditum est, fugiẽda sunt alia vina, quæ multum nutriunt, vt alba, quæ Galenus aquosa nuncupat, græce oligophora, dicta ista enim sunt frigida, quemadmodum illa, quę multa aqua sunt limphata, quod intelligebat [c] Galenus his verbis, vel quibus mare est admistum. c Li. 14. me. c. 15.

Cæterum quoniam Aui. præcipit semel vna die comedendum esse illis, qui obesi sunt & Galenus docet vtendum esse alimẽtis, que saturant quidem, sed exiguum præbent corpori nutrimentum. [d] Proponitur vtrum hæc sint vera, & in primis, quod Aui. sententia sit falsa probatur, etenim, qui sunt pingues, venas, & meatus angustos habent illi autem, qui vasa angusta habent ieiuniũ difficulter tolerant, quod probari potest ex Galeni [e] libro primo de vict. acut. vbi inter causas prohibentes cibationem vasorum amplitudinem constituit, ergo falsa est Auicennæ sententia, dicentis vna die semel cibandos esse pingues Galeni sententia, sic etiam videtur refutanda, nam vt disputatur apud [f] Auicennã fen. 4. primi, cibaria, quæ saturant, & paucum dant corpori nutrimẽtum, sunt difficilis coctionis, multa recrementa, & superfluitates coaceruantia, quæ

d Cõtrouersia

e Ga. l. i. d vic. acu. tex. 44.

f Au. fen. 4. 1. ca. 1.

omnia

omnia calorem pinguium naturalem po-terunt citissime extingere adde Galenum lib. de diff. cont. cibaria crassa, qualia sunt illa, quæ paucum dant corpori nutrimentum pinguibus prohibuisse, quare Galeni sententia locis citatis asserta non videtur amplectenda.

His non obstantibus Respondemus veritatem retinere ea omnia, quæ ab Auicenna, & à Galeno de hac re sunt asserta, & pro solutione obiectionis positæ aduersus Gal. sententiam aduertendum est, g Auicennã sen. 4. primi tract. 1. c. 1. posteritati commendasse, aliquando esse necessarium, qualitaté in cibis minuere, & quantitatem augere, & paulo infra subdit, id esse faciendum, quando crudi humores sunt in venis, & voluerimus voluntatem consopire, sic intelligendus est locus perdifficilis Hippocr. h li. de victu priuatorum tex. 12. vbi suadet obesis copiosa alimenta conuenire, per quæ verba vt cordatissime Galen. in enarratione exponit, & Ieremias Brachelius i loco citato declarat, non intelligit Hippocrat. pingues & obesos homines cibis copiose nutrientibus esse alendos sed potius cibis cito saturantibus, ac replentibus, & quæ dent exiguũ corpori

g Au. fe. 4. l. tr. 1. c. 1.

h Hip. locus declarator.

i Brachelius.

pori obeso nutrimentum, [k] qualia sunt olera, quæ plus oneris habent, quam ponderis, plus saburræ, quam boni succi, oportet enim vt festiue dicit brachelius. ex Catone ventri insolenti, & surdo imponere, difficile & si est ventri auribus carente verba facere.

k De oleribus & fr. dixit ga. plus continere de inutili quã de vti. li. 8. meth. c. 2. Plutar.

Ad [l] primum argumentnm responde mus Auicennam ab Hippoc. l. cit. propositam sententiam fuisse mutuatum, vbi sic Hippocrates habet, semel die cibus assumptus balnei abstinentia, durum cubile, sine vestibus deambulatio, quanta maxime potest, conducit.

l Hi. l. de prima torũ victu tex. 13.

Ad 2. igitur argumentum dicendum est solum probare pingues ex suo temperamento, & natura difficulter ferre ieiunium, quia, vt Galenus [m] docet lib. 3. de facultatibus naturalibus, causa nõ esuriendi animal est copia sanguinis in iecore, & in venis, in conceptaculis autẽ strictis, & angustis quomodo multa materia poterit contineri, quę faciet ad ieiunij tolerantiam?

m gal. li. 3. de fac. c. 13.

Ad aliud, quod aduersus Galeni opinionem adducebatur dicimus, vt supra notatum est, hanc sententiam non solum esse Galeni, sed Hippoc. lib. de salubri diæta, &

pro

pro solutione illius aduertendum est Vgonem apud Auicenam eandem quæstionem sub alio titulo, alijsque argumentis proposuisse, quare respondemus cum vgone n ex cibis crassis, & quæ paucum corpori præbēt nutrimentum quædam esse, ex quibus multæ superfluitates primæ vel secundæ coctionis generantur, vtpote multæ fæces, aut vrina, alia esse, ex quibus superfluitates naturales, nimirum humores mali in venis fiunt.

n vgo apud Aui.

o Nota.

Hoc posito dicimus nutriendos esse pingues cibarijs ex quibus multa fęx, aut o vrina subsidet, non tamen illis cibis crassis, ex quibus humores mali in venis possunt generari, hæc enim alimenta si gustentur, erunt maioris pinguedinis causa.

AMplius non illico post comestionem est dormiendum cibo natante, & à forti motu, quantumplus possibile est abstinendum ne cibus anteaquam digeratur, penetret, aut sine digestione labatur, aut propter inundationem corrumpatur, nec post ipsum multa est aqua bibenda, quæ inter ipsum, & corpus stomachi separationem faciat, & ipsum faciat natare, sed expectandum est, & non est bibendum;

dum donec de stomacho descendat, & hoc quidem declarat superioris ventris leuitas, quod si sitis, ei necessitatem fecerit, modicum aquæ frigidæ suggendo sumat, & quanto plus fuerit frigida tanto minus ex ea sufficiet, & hæc quidem quantitas stomachum alleniat, & colligit, ad summum vero oportet, vt post comestionem bibat quis, & non in hora comedendi quantitatem aliquam, quæ cibo conferat.

SCHOLIA.



Voniam in vigilijs melius, ac facilius ad fundum ventriculi alimentum delabitur, quam inter dormiendum propterea Auicenna docet, non esse statim à cibo assumpto dormiendum, nec corpus forti exercitatione esse exercendum, nam fortis exercitatio efficit, vt alimentum antea quam sit chilificatum ex ventriculo fluat, & sic maius incommodum quam vtilitas sequetur, primum præceptum de somno, nequaquam sumendo statim post cibum, & secundum documentum de forti exercitatione post comestionem P Galenus libro de dissolutione

P ga.l.de diss. con.ca.1.

lutione cont. cap. 1. apertè asseruit in §. & in quo motus sequitur cibum descendit cibus de stomacho præter digestionem suam, & intrat venas, sine mutatione, & adducit in hepate q oppilationem, & in renibus, & reliquis membris morbum, & aliquando est membrum debile, vt stomachus, & natat in ipso cibus, & non iniungas somnum donec descenderit de stomacho cibus, & cæt. Quod etiam nō solum in præsentiarum Auicen. r nos docuit, sed infrà in hac fen. 3. primi doct. 2. cap. 9. in §. & melior quidem similiter est somnus postquam cibus à superiori ventre descendit & post quietem eius, quod forsan sequitur ipsum ex inflationibus, & rugitibus, quoniam s dormire supra hoc multis impedit modis, & cæt. Et paulò infrà idem Auicenna in hæc verba prorumpit, t super repletionem dormire est malum, & cœnam, est res nocibilior oculo, imo oportet illum, qui in visu habet debilitatē, spectare donec digestio fiat, 1, fieri incipiat u Rasius Auicennam, & Galenum secutus lib. 4. Ad Alm. sic scribit oportet vt tandiu post comestionem aliquis se à somno abstineat, donec cibus ab ore stomachi descendisse, atque inflatio, & grauedo

q Vide lib. de bon. & vit. succo. c. 3. & l. 1. Ep. sect. 3. tex. 19. in calce Cōment.

r Aui. fen. 3. primi doct. 2. c. 9.

s Vide 4. Aph. 67.

t Somnus quid faciat statim post cibum.

u Rasi. li. 4. ad Alm. c. 3.

do minui, ac inferius mergi sentiantur. Quod si tardetur, non incongruum est, vt parua iuuetur deambulatione & cæt. Quarè apertum est non solum à somno, sed etiã à forte exercitatione post cibum esse super sedẽdum, nec statim x ab eodem cibo multam esse bibendam aquam, nam multa aqua post cibum alimentum facit natare, nec bene poterit concoqui.

x A cibo multa aqua nõ est bibenda.

Supra ab Auic. est inculcatum non esse statim à cibo bibendum, nunc isto loco §. sed spectandum est & cæt. præcipit spectandum esse descensum alimenti à superiori vẽtriculi parte, quod si multa, & vehemẽs fuerit sitis, modicum aquæ frigidæ est sugendum, quæ omnia diligentem expostulant enarrationem.

Aduertendum ergo est potum esse triplicem, alterum, qui commiscet alimenta, alterum esse delatiuũ y dictum postremum qui sitim extinguit, qui est ad miscellam alimenti idoneam destinatus non solum inter comedendum, sed statim in fine comestionis est accipiendus, vt partes alimẽti melius posśint inter se commisceri, & actione caloris naturalis melius concoqui, & elaborari, vt sapienter z Conciliator in differen-

y Potus quotuplex sit.

z Apponensis cont. 118.

tia 118. animaduertit, & multo erit salubrius si talis potus simul cum cibo accipiatur, nam vt cordatissimè, atque peritissimè, ab Arist.[a] litteris est commendatum lib. 4. metheororũ, concoctio est perfectio à calore naturali, econtra, iacentibus passionibus, Quæ etiam fuit sententia Ioannitij in Isagogis tractatu rerum non naturalium cap. de modis potationum, vbi docet potũ cõmiscitiuũ simul cum cibis esse faciendum. Alter [b] potus qui delatiuus est, non oportet assumi nisi post peractã coctionẽ ad alimẽta distribuẽda per omnes corporis partes per coctionẽ solũ prima est intelligẽda, quæ fit in vẽtriculo; estq; talis potus admodũ necessarius quovsque alimentũ venã iecorariã pertingat, nam post iã nõ est necessarius delator, serũ enim est, quod & per angustias corporis venas alimentum vehit, ac deducit, quam necessitatem potus ab [c] Isacio fuisse significatam scimus lib. de vniuersalibus diet, capite de aqua. Quando dicebat potus, & aquæ necissitas est, quia portat cibũ per totum corpus cum sui subtilitate, & liquore dissoluendo, & attenuando ipsum vt possit venas penetrare, & cæt. hic potus delatiuus alimenti per corpus commendatur,

a Arist. lib. 4. metheo. vide li. art. medic. c. 19. Ioannitius in tra. suo.

b Vide ad tra sib. cap. 15.

c Isac. li. de vniuersi. diet.

tur à Galeno lib.7. meth. [d] cap. 6. §. posteà vero quàm nutrimentum, concoxerint, abundè bibere sunt sinendi, quippè celerrimè si ita faciant per corpus digeritur &c.

d Gal. lib.7. meth.c.6.

Tertius potus erat ad sitim extinguendam: hic animaduertas velim, [e] aliquando sitim ex defectu humidi radicalis oriri, & hanc nequaquam sedari nisi per alimenta, quæ nutriunt, aqua vero non nutrit, vt colligitur ex lib.7. Aphoris. vltimo. [f] potus qui est ad sitim naturalem extinguendã necessarius, non est adhibendus post prandium, nec post cœnam, nisi quando sitis fuerit orta propter defectum potus aut cali ditatem vini meracioris, aut alimentorum acrium, nam tùnc concedendus est, nam defectui oportet succurrere, & caliditatem excedentem attemperare: sæpè [g] noctu sitis aliquos apprehẽdit, quæ certè mendosa est, & superficialis, & interdiu initio primæ coctionis alimenti in ventriculo: docet hic Aui. sæpè numero esse necessarium tali siti hominem indulgere, & bibendum esse si sitis infestauerit per vas orificij stricti sugendo Hippocrates [h] lib. 5. apho. de tali siti mendosa loquens sciens eam, concitari in calescentibus, & arescentibus lo-

e Aliquandò fit sitis ex defectu humidi naturalis vt cõtingit in nat. fame.

f Quo modo illi siti occurrẽdum.

g De siti nocturna.

h Hipo. lib. 5. aph. 27.

cis, qui ad fauces, & palatum pertinet, propter ascensum vaporum ex ventriculo, præcipit non esse potum offerendum, sed somnum esse conciliandum, nam talis sitis non potus, sed somnus est medela, vt eleganter à Galeno scriptum est non solum loco citato, sed & libro. 6. [i] Epist. sect. 5. quæ profecto sententia digna est animaduersione, limitatur tamen ab Aui. hoc loco & à Galeno [k] lib. 7. meth. c. 6. vbi docet cũ Auicenna ad leuandam tantam molestiam, quam immodica sitis etsi mendosa potest inducere tantillum aquæ esse bibendum, quod præter hunc locum declarans Auicẽna in cap. 8. fen. 3. primi. doct. 2. sic scribit & similiter siti mendosæ nocturnę obediendũ est, & collui os oportet aqua frigida, & quãdo hoc non suffecerit, exigua aquæ quantitas bibenda est per vas orificij stricti sugendo, vt magis Esophago adhæreat, vbi aduertit, vt hic facit, talem aquam esse debere admodum frigidam non solum vt attemperet, sed vt constipando, & constringendo assensum vaporum prohibeat, qui huiusmodi sitis solent esse causa, vt iam demonstratum est.

[i] Ga. lib. 6. ep. sec. 5. tex. 23.

[k] ga. l. 7. met. ca. 6.

SItim autem tolerare, & cum ea dormire, in frigidatis, & humectatis confert, & febres ex bile rubea habentibus nocet, & similiter tolerare famem.

SCHOLIA.



Ommendatur ab Aui. aquæ abstinentia, sic pinguibus hominibus, vt pote pituitosis aquæ potus nõ parũ nocet, vt ex supra adductis constat. Quæ vtilitates abstinentiæ ab aqua non fiunt, si quis rubea bile repletus aut famelicus existens ab ea propinanda desistat his nanque maxime nocet talis abstinentia quia per sitim bilis magis inflammatur, & excandescit, cum maiorem tunc temporis bilis acquirat siccitatem, & magis tunc ex siccentur, quæ exsiccatio maioris sitis est causa, vt constat ex libro I primo de nat. humana, hac eadem de causa Galenus idem lib. 1. de simpl. med. fo. 7. suadet sitim in febre ardenti, aqua, aut aceto esse auferendã, qua in re magis placet sententia eiusdẽ Galeni, qui dum ex bile in ore ventriculi immorante sitis oritur, non potu aquæ, sed

I Li. 1. de na. hum. fo. 29.

medicamento expurgante vtitur li. de dina midijs capite de Aloe. aqua enim si bibatur dum multus redundat biliosus humor, in bilem prompte vertitur, vt liquet ex [m] libr. 3. de ratione victus, quæ sententia Galeni intelligenda est, quando aqua in febribus biliosis in parua quantitate bibitur, nam tunc tantum abest, vt prosit, quin potius maxime noceat, quam ob rem Galenus [n] li. 3. de ratione victus conatus est Hippocratem à calumnia vendicare, quam illi imponebat maliiosè Erasistratus, dicens Hippocratem solitum esse ægrotantes siti pernecare, non aduertens ipsum Hip. largum aquę potum suadere loco iam citato, & lib. 4. de morbis popularibus in fine vbi præcipit siticulosis esse multam aquam offerendam.

m ga. l. 3. d ra. vict. tex. 40.

n ga. lib. 3. de ra. vic. tex. 2.

o Quæstio.

Occasione [o] cuius controuertitur, liceatne in febribus biliosis multam aquam propinari? nam vt constat, ex loco iam citato, in biliosis febribus aqua in bilem vertitur, grauitatem hypocondriorũ generat, fluctuat, & innatat, nec concoquitur, item si aqua frigida in biliosis febribus in multa quantitate exhibita conueniret, esset, quia partes solidas calore febris arescentes, exsiccatas posset humectare, sed hoc non præstat aqua fri

gida

gida siuè intus epota siue extrinsecus adhibita vt est clara Galeni sententia p libro. 4. aph. p Gal. lib. 4. aph. 13.

Adde Isacium lib. primo de elementis & cibis vniuersalibus iuxta finem dicentem simplex corpus non agere in compositum quare cũ aqua sit simplex corpus: nostrum autem corpus sit compositum aqua etsi bibatur, nihil in nostrum corpus potest agere.

His non obstantibus vera est Gal. sentẽtia existimantis in synocho, & putridis febribus longum potum, si sint biliosæ, conferre, sic li. 9. q methodi in ardẽtibus, & alijs longum aquæ gelidæ potum vsque ad satietatem præcipit, quod similiter facit li. 4. r de victu acut. & li. de causis procatarticis ca. 2. §. & largus aquæ potus, &c. & li. 2. methodi cap. 9. quibus omnibus in locis saluberrimũ esse docet potum frigidæ vsque ad satietatem. q ga. li. 9. meth. c. 5. r ga. lib. 4. de victu acu. tex. 12.

Quare ad proposita respondendum est, aquam in parua quantitate exhibitam illud efficere, quod argumentum probat, non tamen illud faciet, si in admodum multa propinetur quantitate, vt insinuauit ipse Hippocr. in eodem text. §. aquæ quæ in acutis bibitur morbis &c. & paulo infra in co. 42.

Cæterum, vt veritas magis pro praxi exercenda elucescat, aduertas operæ pretium est, hunc potum aquæ frigidæ in febribus ardentibus, synochis, & alijs casibus exhibendum non conuenire nisi multa considerentur, quæ Galenus eodem lib. 9. cap. 5, & lib. 11 eiusdem operis cap. 9. adducit, quibus omnibus in locis ad talem potum propinandum ætatem iuuenilem, optimũ corporis habitum carnosum, & spiritu, & sanguine abundantem exposcit, quæ etiam requirebat ad vsum balnei, aquæ frigidæ lib. 5. aph. 21. & præter hæc oportet, vt talis homo sit assuetus potui aquæ frigidæ, vt viscera interna sine noxa contactum illius possint tolerare, vnde colliges verum esse illud, quod olim Galenus l. de consuetudinibus de philosopho Arist. Mitilenensi literis prodidit, hic potus non est offerendus in quocumque tempore, sed in summo febris vigore, & particularis accessionis statu, nam quando exhibetur in principio morbi, nullis apparentibus signis coctionis, fluxus ventris, aut sudor si ab eo concitetur, non poterunt morbum soluere, etenim ad perfectam euacuationem concoctionem desideramus, vt legitur libro s primo aphorism. 21. &

s gal. l. 1. aph. 31.

21. & sic scriptum est Galeno, & Hippo. in hunc modum lib. primo [t] Ep. sect. secunda tex. 45. §. concoctio crisis celeritatem, & salubritatem, securitatem, significat cruda autem, & incocta & in malos conuersa abcessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones, &cæt. ex quibus perspicue cōstat quantum faciat concoctio ad aquæ gelidæ vsque ad satietatem, propinationem, si quidem non aliter potest is potus prodesse, nisi quia materiam morbificam aut sudore ad cutem expandit, aut vomitu, aut denique ventris fluxu facit, vt natura deponat, quarum quælibet euacuatio potius nocebit, si citra coctionem fiat, hinc iam intelligetur locus clarissimus Galeni libro primo de crisibus cap. 8. in §. nec igitur sudores, & vomitus, & alui excrementa, nec tumores post aures, nec profluuia sanguinis, si hoc tempore appareant, vnquam per crisin ægritudines finierunt.

t ga. l. 1. Ep. sect. 2. tex. 45.

Sed dices hoc falsum apparere, falsoque tantam dignitatem signis coctionis attribui, etenim in pestilenti febre, apparente coctione moritur æger apud Auicen. prima quarti tract. quarto capit. 2.

& 2.4. tract. 1. cap. 80. in 6. & quandoque in ægritudinibus, & cæt. sic in ophtalmia post coctionē sequitur cęcitas, & phthisicus apparentibus signis è vita discedit. Dicendū est coctionem, quam ex sententia doctorū tanti facimus, debere esse respectu humoris, qui actu committit morbum, & non respectu alterius. Item talem coctionē debere esse continuam, ex Hippocrate lib. 2. prognostic. text. 26. dicente per vniuersum tempus donec morbus iudicetur. Quod similiter ingeniosus medicus ex loco Galeni eliciet, lib. primo de cris. cap. 12. vbi verbum æquale interpretatur, nec hæc prædicta sufficiunt, sed aliud non conticendum exposcitur, nimirum, vt talis concoctio, quæ est necessaria ad potū gelidæ in multa quantitate sit vniuersalis, & non particularis, nā cum particulari contingit mors, vt scriptū est à Galeno cum Hipp. lib. 1. Ep. sect. 2. tex. 84. sed quia parum prodest vniuersalis concoctio sine humoris expulsione, adde oportere vt natura aquæ quantitate frigidæ recreata, & corroborata explusio humoris sequatur, hoc latissimè demostrat Galenus esse necessarium lib. 2. [u] prog. 67. vnde iam clarum est, nullum facessere negocium,

u Gal. libr. 2. prog. 67.

quæ

quæ supra sunt inculcata.

Galeni sententiam, quæ habetur de geli dæ potu, & illius cōditionibus Aetius quater.2. ser. 1. cap.72. & 78. Paulusque lib.2. cap.28. & Trallianus lib.12. cap.2.& Auic. 4. primi tract.2. cap.7. sunt secuti.

Aliam[x] ad eundem potum propinandum conditionem non exiguam adducit Galenus locis cit. Ea est, vt nec in cerebro, nec genere neruoso, nec thorace, aut ventre inferiori sit aliqua imbecillitas, & in partibus internis nulla sit [y]obstructio, vel inflámatio, vel scirrus, vel edema, nam tunc hi affectus difficiliores redduntur, prohibita dissolutione.

x Alia cōditio ad potum gelidæ.

y Qui affectus fiant rebelliores propinata gelida.

Quæ[z] omnia velim consideret peritus medicus, nec temerè aliquando gelida vtatur, scimus namque ex medicorum temeritate, quia scripta grauissimorum authorum necessaria diligentia, & solicitudine nō perpendunt, casus infœlices contigisse.

z Omnia hæc de aqua suns cōsiderāda perito medico.

Auerrous[a] lib.7. collect. cap.8. contra Galenum, & reliquos medicinæ proceres, existimat ad exhibitionem potus aquæ frigidæ in febre ardente, non esse spectandam coctionem, quia anteaquam appareat, virtus dissoluetur. Hæc[b] tanti viri non placet

a Auerrous cōtra Gal. lib. 7. coll. c. 7.

b Auerro. taxatur.

cet sententia, nam si in principio febris ardentis propinetur gelida, materia fiet rebellior incrudabitur febris, fiet diuturnior, ac longinquior, non negamus tamen, [c] quod si propter febris vehementiam timetur virtutis dissolutio posse gelidam propinari causæ, & febris longitur dine posthabita, satius [d] enim est, ægrum aut longius cum morbo perdurare, aut longo temporis tractu ab eo liberari, quam diuturnitatem morbi extimescentes, sinere ægrum in vitæ discrimem pertrahi. Hoc erat quod insinuabat Auicenna [e] prima 4. tract. 2. cap. 7. Quando dicebat, & sæpè febris tantæ est vehementiæ vt non liceat vti regimine causæ. Quam sententiam memoria tenendam multò ante litteris tradidit Galenus libr. 10. Methodi cap. 1. §. sanè interdum ea est febris magnitudo, & cęt. Hinc patet declaratio elegantissimi loci apud Galenum libr. [f] Eodem capi. 5. quando naturis calidis, & siccis febricitantibus in principio statim quantitatem aquæ frigidæ propinat, ad prohibendum ne æger in habitualem descendat: melius siquidem est morbum esse longinquiorem, quam ægrum cum siti perire.

c Quãdo post posita causa febris gelida possit propinari.

d Melius est sinere morbum fieri longiorẽ quam ægrum siti perire.

e Probat hæc sententia Autho. Aui. in 1. 4. tr. 2. c. 7. & Gal. l. 10. met. cap. 1.

f Declaratur locus Gal. li. 10 meth. c. 5.

Idem [g] machinandum est præsente inflammatione, nam quamuis præsens sit inflammatio, & illa potum gelidæ prohibeat, tamen si sitis infestauerit, & ex caliditate inflammationis magnum immineat periculum, non erit spectanda concoctio, sic intelligetur locus eiusdem Galeni libro [h] decimo method. capit. sexto & Auicenna fen. prima tractat. secundo capitulo septimo §. dum inquit, & melior est additio apostematis, & cruditas quam extenuatio, idem intelligẽdum est, de Erisipelate, quod purum est.

g Quando ad potũ aquæ frigidæ in multa quãtitate etiã non sit spectãda concoctio.

h Explica locus ga. li. 10. me. c. 6.

Sed [i] quæres in qua quantitate sit aqua bibenda? occurrimus ea de re non admodum constare apud classicos authores, nam Galeno libro primo de ratione victus in acut. tex. 43. affirmat tantum esse bibendum, quantum vna spiratione ebibi potest, alibi libro vndecimo capit. nono method. vsque ad satietatem commendat, [k] Auicenna autem in prima. 4. tract. secundo capitulo septimo docet eo vsque bibendum esse, quousque mutetur color, & æger rigeat, verum aliter videtur [l] dicendum, nimirum potum aquæ frigidæ

i In qua quantitate aqua sit porrigẽda proponitur.

k Auicen. q̃ sẽtentia de mensura frigidæ potus non potest placere.

l Quæstionis sa tis fit.

gidæ aliquando esse sumendum, vsque ad satietatem, & aliquando vltra, siue vnica, siue pluribus inspirationibus sumatur, & hæc magis videtur opinio rationi consentanea, m nam febricitantes, quibus hic potus conuenit, vt plurimum frequentem, & crebram habent respirationem, præsertim si pectus habent angustum, & in his aqua vnica inspiratione nó potest sumi tãta, quanta opus est ad calorẽ extingendũ, nec semper eo vsque potãdũ est, quo vsq; mutetur color, & æger rigeat, nã hoc periculo plẽnũ est, qua in re illud nó est silẽtio prætermittendũ, *nimirũ* quando aliquæ desiderantur conditiones posse vtiliter propinari aqua in quantitate non exigua, quæ vnica inspiratione potest exhauriri, aut si est inflammatio, aut obstructio, in parte interna immiscendum esse aquæ aliquod medicamentum quod viscera vel obstructa, vel inflammata defendat.

m Taxantur dicentes tantũ esse bibẽdam quantum vna expiratione potest exhauriri, & nõ plus.

Biliosis hominibus, quia calidi, & sicci, famem tolerare maxime nocet, quia in illis per inediam calor naturalis in igneum conuertitur, docente Galeno lib. 2. de victus ratione in morbis acutis tex. 24. & 25. & hãc

into

intolerantiam famis hominum biliosorum insinuabat Hip.li.1.aphor.13. & hoc idem colligi potest ex Gal.& Hippocrate li. 2. de ratione vict.tex.30.quando docent pituitosos febribus biliosis melius inediam ferre, sic intelligi debet textus Gal.l.8.meth.c. 8. quando scribit in biliosis hoc est calida, & sicca intemperie laborantibus, nisi cibentur, cito diariam in acutam mutari, eadem ratione intelligendus est Galenus lib.2. de comp.sect.loc.fol.136. dicens famem non esse biliosis iniungendam, tum quia calor in illis famis interuentu ignescit, tũ quia hi vt plurimum habẽt imbecillẽ virtutẽ, quæ alimenti defectum citra grauem noxã nõ potest tolerare, hæc grauis noxa solet interdiu acquiri, si fames est diiuturna, docente n Galeno lib.3.de sanitate, soletque contra hi immodica corporis tẽsio, quam tensionẽ Galenus o lib. de locis 3. neruorum conuulsionem appellat, quę vt testis est idem Galenus lib.eodem & lib.5.aph.1. p & Aui. 2.3.cap.5.ex immodica siccitate aliquando solet euenire.

n Ga.lib.3. de val.c.8.

o Ga.l.3.d̃ lo. ca.6.

p ga.l.5.apho. 1.

Concitat eadem fames, si diutina est, aliquando marcorem, Authore Galeno libro

bro ad id destinato , qui marcor, cum sit immodica totius corporis siccitas, & ad immodicam siccitatem, vt legitur locis cit. & lib.12.meth.cap.8.& lib.8.de comp.per locos cap 3.conuulsio exsiccitate oriatur,

q Dubium. qdubitabit quis, vt hoc obiter dicamus, quę sit ratio, ob quam, qui marcore sunt correpti, non conuellantur.

Nonnulli conantur propositam difficultatem dirimere, dicentes, hecticos, & marcore cruciatos non conuelli, quia eorũ siccitas est facta, & ideo non sentitur, at vt siccitas conuulsionem efficiat, esse opus, vt sentiatur, ad hoc vt partes veluti fugientes contrahantur, quæ sententia est reijcienda, nam siccitas immodica non eget sensu, vt corrugationem faciat, nam per se nata est illam efficere, vt luce clarius euadit in chordis lyræ quæ siccitate adeo intenduntur, vt postea corrugationem patiantur & ruptionem.

Alij dicebant siccitatem, quæ subito fit, conuulsionem moliri, non tamen illá, quæ sensim, & paulatim fit, vt in marcore laborá tibus.

r De ratione cõuulsionis est oriri ex siccitate.

Hæc r etiam sententia non est toleranda, quoniam de ratione conuulsionis, ex sicci

ſiccitate, eſt oriri, ex ſententia omnium qua propter videtur dicendum ſiccitatem quæ æqualis eſt, & vniformis non cõtrahere, ſic citatem tamen inæqualem corrugationem efficere, ſiccitas vero in hecticis æqualis, & vniformis eſt, de qua re Dei optimi & maxi mi auxilio plura in noſtra praxi diſputabimus.

CHolera rubea abundantibus ex tolerantia famis accidit, vt cholera rubea ad ipſorũ deſcẽdat ſtomachos, cũq; aliquid comederint ipſorũ corrũpentur cibi, & inſomno, & in vigilijs accidet eis aliquid, quod nominauim⁹ ex, eis quæ accidũt ei, cuius corrũpitur cibus, eis quoq; accidet, vt comedẽdi voluptatem amittant, quibus tunc dandum eſt aliquid quod hoc deponat, & eorum reſoluat naturam, cum eo quod eſt lene, & non faſtidens ſicut pruna, & parum xiraſcet.

SCHOLIA.



VI Auicennam virum me hercle doctiſsimum legerint, neceſſe eſt, illius verba ad amuſſim perpẽdant, multaque animi cogitatio-

ne euoluant, ac examinent, cum eius libri multis ac varijs scateant erroribus qui profecto non Auicennæ tanto viro sed interpretibus potius sunt tribuendi, faxit igitur Deus, vt nobis aliquem mittat arabice, ac latine loquentem, vt integrum Auicennam nobis restituat, latiniorem faciat, ac politũ reddat.[s] Quorsus enim enumerabo errores grauissimos, quos scimus non Auic. sed latino interpreti esse imputandos? hic enim vt interim [t] alios grauissimos errores, & deprauatos locos omittam in loquendo error committitur, dum legit textus hoc modo cholera rubea ad ipsorum descendat stomachos, quis enim vnquam fluxum humoris biliosi à partibus inferioribus ad superiores descensum appellauit? aut quomodo exit core, & alijs inferioribus corporis partibus descendit humor biliosus ad stomachos? nonne Auicennę textus deprauatus est, cũ constet potius legendum esse, vt cholera rubea ad ipsorum ascendat stomachos? maxime quidem propterea Aui. fen. 4. 1. doct. 4. c. 1. in hæc verba prorumpit, vnde sit de omnibus meliori factoribus laus, quasi dicat, quia humor biliosus suapte natura ascendedere natus, & melancholicus descendere ido-

[s] Vide Tiraq. de Nob. c. 31.

[t] Taxatur interpres Auic.

idoneus cum esset, natura voluit, vt hic ascẽderet contra suam inclinationem, & ille etiã contra suã naturã descenderet idcirco Deũ optimũ ac Maximũ rerũ omniũ sũmũ opificẽ laudare oportet, ex quibus luce clarius constat, non esse legendum descendere, sed ascendere.

At [u] dices per quas venas & meat⁹ fluit humor biliosus ad vẽtriculũ? Respõdemus per eas venas, & meatus ascẽdere, per quos dũ in chilo continebatur, ad iecur effluxit, vt colligi potest ex Auic. prima primi doct. 4. cap. 2. §. deinde eius subtile à stomacho, & intestinis, & per vias venarum, & cæt. Quæ etiam doctrina aperte colligitur ex Galeno libro quarto de vsu part. per priora capita, & aduerte, quod in fame non [x] solum flaua, humor naturalis, sed etiam multi humores ad stomachum attrahuntur, vt dicebat Auicenna in illo § & famem tolerare stomachum replet putridis humoribus hæc [y] repletio non parum nocet, quia si ingeratur alimentum subtile post famem perpessam corrumpetur flaua bile stomachum inflammante. Et aduerte: si alimentum sit crassum non poterit

u Per quas venas humor biliosus ascendit ad ventriculũ declaratur.

x In fame non solum bilis ad ventriculũ ascendit.

y Quid fiat si post famẽ subtile alimentum ingeras.

non deprauari, & corrumpi humoris corrupti commercio, & vicinia, vnde hæc symptomata emanabunt, patiens non poterit in vno & eodem loco consistere siue inter vigilandum, siue inter dormiendum cibi fastidium, & inappetentiam incurret. z quare melius erit, ac salubrius ante cibum euomere, vt humores, qui ad stomachum ascendunt per os eijciantur, ne sua labe cibum corrumpant, ac destruant, hoc idem faciendum esse in pica supra edocuimus, ex Galeno [a] li. primo de sym. causis ca. 7. & paulo lib. primo cap. 1.

z Post famem ante cibi assũptionẽ vomẽdum est.

a ga. lib. 1, de sym. ca. 7.

CVmque desiderium reuersum fuerit comedant, licet corpora humida cum humiditate naturali habentes veloci solutioni sint apti, nec tantum famis tolerent, quantum corpora sicca paucæ humiditatis habentes nisi humiditatibus plena fuerint alijs, ab eis, quæ sunt in substantia membrorum eorum, cum bona fuerint, & conuenientes, & recipientes, vt natura eas in nutrimentum quoque in effectu cõpletum conuertat.

SCHO-

SCHOLIA.



ILli, qui propter famem perpessā stomachum habent repletum bilioso humore & putridis superfluitatibus, non sunt cibādi priusquā, [b] & cibi desideriū fuerit reuersum, propter nocumenta, quæ supra inculcauimus, hos qui ex humorum putridorum copia in ore ventriculi latentium cibos fastidiunt, Galenus gloriatur inedia persanasse quare l. 6. c. Ep. sic scripsit, anteaquam enim somnū, aut cibum, natura desideret, ad hos ascendentes indicta symptoma incidunt, non [d] oportet autem naturæ intempestiuè vim inferre, sed ei in tempore subuenire, &cæt. deinde in 9. licet corpora humida, & reliqua Auicenna videtur comparare corpora humida, & sicca inter se, & quærit quænam sint, ad famē tolerandā promptiora, [e] vbi aduertas velim corpora humida qualia sunt puerorum corpora grauiter atque moleste famem tolerare, quia humiditas illa naturalis, qua huiusmodi corpora sunt [f] prædita, facile à calido alteratur, & absumitur: [g] sicca vero parum humida melius posse inediam

b citra appetē tiam non est vtile comedere.

c ga. l. 6. Ep. sect. 4. tex. 17

d Naturę debemus opportune subuenire, & non est illi vis inferenda.

e Pueri moleste famem possunt tolerare.

f Pueri cur moleste famē tolerent.

g Corpora sicca cum medio humido meli9 inediam tolerant.

h Humida multa humiditate multo facilius famé patiũtur.

ferre, quia talia corpora resolutioni non admodum abediunt,[h] quod debes intelligere dummodo non sint humida humiditate excrementitia, nam sic facile ieiunium, ac famem tolerabunt, hoc documentum passim à Galeno est inculcatum lib. 2. aphoris. 6.[i] carnes humidas habentibus famem adhiberi conuenit, vbi diuinus Hip. venit interpetrandus non de humidis humiditate naturali, sed de humidis carnibus humiditate superflua ac excrementitia, quales sunt obesi, eadẽ sentẽtia constat ex Ga.[k] l. 8. met. c. 8.

i Ga. l. 2. aph. com. 59.

k Ga. l. 8. met. cap. 8.

l Ga. cum se ipso conciliatur.

Nec obstat, quod ibidem videatur insinuare temperaturam siccam difficilius inediam ferre, nam vt alibi[l] dicemus, locus ille venit enarrandus de difficultate reparationis, quasi dicat, siccos facile ferre inediam, veruntamen post famem, ac inediam victus interuentu difficilius reparari, quam humida humiditate intellige naturali, quæ etsi præsente fame maximè læduntur, tamen propter carnium mollitiem, & teneritatem facili negotio reparãtur, vnde iã cõstabit tibi, quo pacto sit Hip. locus explicandus lib. 1.[m] aph. 13. & scies Vgonẽ, Thadeũ, & alios hac in re pueriliter fuisse hallucinatos,[o] q si dicas siccos cũ humitate, ac frigiditate, quales

m Hi. locus li. 1. aph. 13. Carpitur thadeus.

o Dubium.

les sunt senes non videri ad famē paratiores quā humidos humiditate naturali, quia Au. fen. 1. 4. tra. 2. c. 8. hæc verba scribens sic docuit, & senes, & debiles & infantes sunt de genere eorum, qui non tolerant famem vbi intolerantia famis siccos senes præponit humidis, p dicendum est locutum fuisse eo loci de senibus vltimi senij, quos cōstat propter imbecillitatē facultatis ægerrime famē tolerare, vt Gal. q interpretatur l. 3. aph. & li. 1. de vict. acut. 44.

p Dabij solutio.

q ga. li. 3. aph. 30.

Vinum quoque post cibum est ex rebus magis impedientibus, quoniam digerit velociter, & penetrat, & facit penetrare cibū cū nōdum sit digestus, & facit hæreditare oppilationes, & putrefactionem.

SCHOLIA.

HIC parum perde vino agendum est, vt locus Aui. & alia multa Gal. ac Hip. difficilia intelligātur, de vino egit Aui. in hac fe. c. 8. & Ga. l. r Meth. 7. c. 6 in medio. §. iā vini tū qualitatē, tum quātitatem, &c. & lib. 3. de rat. victus per priora capita Galenus multa in multis de vinorū varietate egit, & cum illius simulque Hipp. opera

r Ga. l. 7. met. c. 6.

opera sæpe euoluerim, nunquã tamẽ, quod meminerim) quid sit vinum apud illos statutum reperi: [s] Amatus Lusitanus (nolo enim aliquem suo honore defraudare) germanam, ac veram vini definitionem literis prodidit; & multo ante Cõciliator [t] differẽtia 70. quę infra collocabitũ, vinũ multipliciter potest cõsiderari, vel secũdũ colorẽ, vel secũdum saporẽ, vel secundum substantiã, vel secundum odorem, vel secundum virtutem, tandem secundum ætatem, qua quędam sunt recentia, quædam vetusta, quædã media hæc omnia contemplanda in vino docuit ipse Galenus [u] lib. 3. Ep. sect. 3. cõment. 5. quanuis lib. 3 de victu. acut. ætatẽ non videatur contemplari, vina enim non ob tempus, vt ait, iuuant, aut lædunt.

s Amat. Cent. 4. cur. 61.

t Con. dif. 70.

u Ga. li. 3. Ep. sect. 3. 5.

Si secundum colores vinum contemplctur aliud erit album, aliud nigrũ, fuluũ & aliud flauũ, aliud deniq; rubrum. Rubrũ appellat Plinius [x] sãguinẽ terræ quo loco quatuor tantum differentias vini à calore disumptas esse asseruit fuluum à flauo non distinguens.

x Pli. l. 14. c. 5

Vinum [y] album Hispanum calidum, & siccum esse, quis negabit, cum eius calorem non exiguum quotidie perpendamus, hoc

y De vino albo

vlcera

vlcera sunt abluenda, illa enim exsiccationem desiderant, docente Aui. [z] & Galeno lib. 4. meth. cap. 5. vinum album, quod habebāt antiqui apud Galeni patriam non calefaciebat sensibiliter, propterea li. [a] de bo. & vit. succorum dicit refrigerare, & hac de causa lib. 12. [b] meth. dicebat ex vino albo nullum inuenies calidum, & cæt. hoc vinū album arbitror intelligisse Hippocr. per vinum oligophorum, vt docet Galenus li. 7. met. c. citato. De hoc vino dicebat ipse Galenus lib. 2. [c] aph. vt aquæ in colore simile videtur, sic aquæ similem habere vim, hoc vrinam ciet, nec capitis ingerit grauitatem, nec ardorem inducit. de hoc loquebatur Auic. [d] hac fen. 3. primi in his verbis vinum vero album & subtile calefactis est melius &c. Au. [e] locus alius, qui habetur in hac fen. 3. primi doct. 3. cap. 3 sic est intelligendus §. vinum album & subtile est pauci nutrimenti, & datur loco aquæ, hoc vinum tempore æstiuo præsertim ab hominibus calidis pro sanitate conseruanda est propinandum, hoc febricitātibus potest exhiberi, quia sitim, & ardorem, auth. [f] Galeno febris extinguit, quod conueniat tempore æstiuo docuit Auerrous.

z Au. fe. 4. tr. 1. c. 8.

a Ga. l. de bo. & vi. su. c. 11.

b ga. l. 12. me. c. 4.

c ga. li. 2. aph. 11.

d Aui. fe. 3. 1. doct. 2. c. 8.

e Aui. fe. 3. 1. doct. 3. c. 3.

f Gal. lib. 3. de vic. acu. c. 7.

g Auer. in cãt. Au. can. 37. & 35. de vino rubro.

h Galen. lib. 2. aph. 8.

l ga. l. de vict. atten.

k Ga. l. 3 de loc. ca. 7.

l ga. lib. 3. de vic. acu. cõ. 7.

Per g vinum nigrum nõ est intelligendũ aliud, quam vinum rubrum admodum crassum, quod præ crassitie ad nigredinem videtur tendere, huius meminit h Galenus lib. 2. aph. aph. 11. Isacius vinum nigrum vituperat, vt pote quia difficulter digeritur, tarde per venas permeat crassum præbet corpori nutrimentum, Galenus idem facit l lib. de attenuante vict. ratione. §. quæ vero simul crassa sunt & nigra, & dulcia crassa sanguine venas referciunt, & cæt. hac de causa Galenus k sic literis consecrauit præterea vina crassa, nigraque aptissima sunt, vt ex ipsis melancholicus humor fiat vinum nigrum, siue dulce, siue austerum iecur lædit, vt liquet ex Galen. l libr. 3. de victu acut. & vt ipse docet libro de vict. attenuante capit. 12. in fine solum debet propinari illis, qui forti exercitio exercentur, vt sunt athetæ, fossores, & messores, quibus poterit prodesse, si iuuenes sint, hæc dicebat sub his verbis, cui rem argumento sunt incolæ iuuenes, qui in palæstra bonæ habitudinis comparandæ gratia se se exercent, vtũtur enim hoc vino, in potu non aliter quam suilla in cibo: de hoc vino locutus est Arist. lib. 1. prob. probl 30.

Fuluum

Fuluũ [m] ac flauum sequitur, Plinius, vt supra inculcatum est, parum discriminis inter hæc reposuit, in quo fuit deceptus, nam apud Hip. & Galen. non parum differunt, vt aperte ex libro 12. [n] metho. cap. 4. prope finem colligitur vinum fuluum calidius est albo aquoso, & quemadmodum aquosum faciliter ac celeriter per corpus permeat, sic vinum fuluum, testante eodem Galeno, magis tamen fulua quam aquosa concoctionem, quæ fit in ventriculo, & in venis adiuuant, magis nutriunt, caput feriunt, magis vrinas prouocant aquosa, quam ipsa fulua, quæ sunt aut crassa, aut tenuia, fulua caput ferire, ac replere asseruit Galenus lib. de vit. & bon. ciborum c. 12. & lib. 3. de vict. acut. tex. 7. quo loco Galenus vinum fuluum siue dulce siue austerum febricitantibus admodum nocere scripsit, illudque Hippo. & Galenus si fuerit fuluum austerum in deiectionibus ventris liquidis, & ramentosis commendat, si sputa non fuerint detenta, nec lotium, nec caput fuerit debile in curatione hydropis. [o] Gal. lib. 4. de rat. victus precipit illud flauum vinum ab albo vulgares homines nõ secernunt, cũ tamen inter se distent, hoc apellabat [p] Hippocrates album

m De flauo Plin. mixtum.

n ga. li. 12. meth. c. 4.

o Ga. lib. 4. de ra. vic. tex. 111.

p Hip. l. 3. de vic. acu. tex. 7.

album vinosum.i.potens, citrinum, alij dicunt, Galenus libro de vinis docet flauum temporis tractu aliquid more ignis corruscãs adquirere hoc calidissimum appellat li. 5. 9 de sanitate tuenda, vbi docet flauum aquæ commistum pallidum reddi, & id fieri pro maiori, minoriue aquæ miscella, nam si flauo multã immisceas aquam reddetur ex pallido albicãns: hoc flauum vinosum nũquam potest esse admodum dulce authore Galeno, [r]etenim dulcedo, (vt supra de sapore dulci ex lib. 4. simp. medic. facultat. & ex Aui. [s]lib. 2. tract. 2.) proficiscitur à temperato calore, quo vinum flauum vt pote calidissimum priuatur, hoc vinum, quia pungit, & admodum penetrat, presertim quod est tenuis substantiæ prohibetur apud Gal. lib. [t] 3. de fracturis in ablutione vlcerum, & laudatur vinum nigrum austerum, hoc vinũ flauum non est propinandum illis, qui caput habent debile, nec calidam habentes naturam eo vtantur, si fides est habenda [u] Ga. lib. 5. de valet. tuenda, maximè tamen confert senibus capitis robusti, nam humores pituitosos suo calore extenuabit, & humorem serosum per lotium deducet, quando aliquis hoc vino copiose est vsus testante

b ga. l. 5. de sa. c. 5.

r Li. de ra. vic. atte. c. 12.

s Au. l. 2. trac. 2. c. 3.

t ga. ll. 3. & fra. tex. 21.

u ga. l. 5. d va.

testante Galeno [x] li.6.Ep.sect.5.lotium ad modum flauum excernit. x Ga.li.6.Ep. sect.5.tex.15.

Vinum [y] Rubrum admodum nutrit docente Ga.li.de dissolutione continui,quod similiter facere docet lib.2.aph.18. & 11. vbi citissime omnium corpora inanita asseuerauit reficere, [z] qua in re arbitror non esse Gal.intelligendum de vino rubro crasso, sed de illo,quod tenue est,ac clarum, hoc enim est,quod corpora extenuata velocissime nutrit,& non [a] crassum,quod tum propter crassitiē,tū propter suæ substantiæ materiam fœcalem,& excrementitiam hoc equaliter non potest præstare,de hoc intelligendus est Haliabbas [b] li.5.suæ theoricæ, quando asserit fortis esse caloris, & stomachum roborare,subrubeum, quale est,vinū,quod aloque [c] Hispani vocant,magis certè nutrit quā hoc prædictū,vt aperte colligitur ex eodem Haliabbate li.& cap.cit.vinum quoad sapores poterat considerari & [d] certior est cognitio desumpta circa vinum ex sapore quam ex colore, color enim in vino, nec per se lædit,nec iuuat. [e] Dulce vinum,vt plurimum mulieres amant, & multi imperiti, qui solum gustum in bonitate ciborū diiudicandum,attendunt [f] Gal.l.3.de vict. acu. vinum

y Vinū rubrū multū nutrit.

z Declaratur ga. locus li. 2. aph.com.18.

a Vinū rubrū crassum non potest celeriter nutrire.

b Hal.li.5.th. ca.30.

c Vinum aloquoū quid faciat.

d Ex sapore & vino certius iudicari.

e Mulieres quale vinum diligant.

f Ga.lib. 3. de vic.acu.tex.2.

vinum dulce visceribus nocere, ventrem tumefacere obstructiones gignere asseruit, tũ [g] quia propter dulcedinẽ celeriter attrahitur incoctũ, & dũ attrahitur, secũ humores inelaboratos deducit, tum quia cũ sit dulce, nõ potest, non esse crassum [h] namque fit à calore temperato, partes musti bene commiscente. Illud idem scriptum est libello de vinis, & in eadem extat sententia Aui. [i] vbi cum Galeno clare monstrat tale vinũ pulmoni non nocere, sed potius [k] obstructionibus pulmonis iuuare, quæ fuit doctissima nostri Galeni sententia lib. de atten. ca 12. §. quam obrem, quæ [l] vina sunt crassa, & dulcia propterea quod humiditatem crassã, & ob id ipsum perdurantem habent in thoracis, ac pulmonis affectibus si cum tenuantibus medicamentis adhibeantur, multum afferẽt commodi, & paulo infra magis istęc declarans dicit [m] non debere esse austerum sed ad melleam magis odore ac gustu qualitatem, & saporem spectare oportere, nec enim, vt paulo supra idem monet ea, quæ sunt expectoranda sufficit incidi, & extenuari, sed [n] moderate etiam sunt humectanda, ne siccata sputa, ac lenta tusses excitent,

g Vinum dulce quomodo lædat.

h Quomodo fit vinũ dulce

i Au. fe. 10. 3. tr. 1. c. 7.

k Vinum dulce quibus affectibus conuenit.

l Thoraci & pulmoni quæ vina sint meliora.

m Vinum austerum non cõuenit morbis thoracis.

n Quæ sputo sunt excernenda non possũt bene excerni, si exsiccentur.

exitusque violentia vas aliquod in ruptionis discrimen adducatur, quam [o] sententiã Galeni velim medici studiosi pro praxi exercenda memoria recondant, hoc vinum dulce, si fuerit album in his morbis magis conferre certum est, vt ex doctrina Auicẽnæ desumitur fen 10.[p] 3 tra, 5. cap. 1. & ex fe. 14. 3. cap. 19.

o Consiliũ est pro praxi.

p Au. fen 10. 3. tr. 5. c. 1. & fe. 14. 3. c. 19.

Vinum stipticum, quia constringit, & deiectiones remoratur exhibendum est illis, qui diarrhea laborant docente[q] Galeno lib. 3. de vict. acut. tex. 5. fugiant ab hoc, qui vrinæ suppressione laborant, aut thoracis, morbis cruciantur, [r] austerum commẽdat Hip. loco cit. sententia 7. in deiectionibus ventris, quia vt est doctrina Galeni libr. de boni. & vit. succ. c 11. stomachum roborat, ac ventrem, li. de vinis, vt medicamento, & non vt potu illo vtendum suadet [s] ponticũ pro eodem affectu laudatur lib. de rat. vict. attenuante. c. 12. de hoc loquens [t] Dioscorides sic scribit, prodest aluo, & stomachi fluxionibus. & cæteris quibus constrictione, & constippatione opus est, acerbum frigidum est respectu caloris nostri corporis, si album est magis infrigidat quam aqua, & à Gal. albanum vocatur, est certe hoc vinum

q Ga. l. 3. de vic. acut. tex. 5.

r In fluxu vẽtris quale vinũ

s Ponticũ pro codẽ affectu.

t Diosc. l. 5. ca. 5.

ma-

magis quam aqua nostrum corpus infrigi-
dans, quia ex vuis extrahitur immaturis, vi-
num vero est [u] succus ab vuis maturis extractus, depuratus, & defæcatus ad multa conueniens, hoc vinum suis febricitantibus porrigebat Galenus, quia magis humectabat quam aqua, & sua acerbitate magis infridabat, illudque laudat [x] lib. 3. de vict. acut. huic vino opponitur vinosum, de quo [y] Galenus li. 7. meth. & li. 3. de vict. acut. tex. 20. quod vinum hoc acerbum Galenus suis infirmis propinaret, constat ex eodem Gal. lib. 3. de vict. acut. loco cit.

[u] Vini definitio.

[x] ga. lib. 3. de vic. acu. tex. 3.

[y] Gal. lib. 7. meth. c. 6.

Ratione [z] cuius controuertimus possit ne tale vinum febrientibus propinari Gale, solitum esse illud exhibere febre laborantibus non solum constat ex locis supra ci. sed etiam ex lib 12. meth. cap. 4. & ex libr. 1. de art. cur. ad Glauconem cap. 14. & hac potissimum ratione mouebatur Galenus, quia frigidum erat, & quia minimè in sanguinis naturam mutabatur, vt etiam asseruit lib. 3. de vict. acut. & lib. 3. de alim. facul. dicens parũ alere quæ sunt alba, crassa, & acerba.

[z] Controuersia.

Gal. sententiam ac morem secutus est Aetius sermone 1. cap. 268. & cap. vlt. eiusdem sermonis, quibus omnibus in locis vi-

num

num hoc cum Galeno febrientibus posse dari concedit.

Quare [a] dubio proposito respondemus Galen. & Hipp. aliosque peritissimos viros iure optimo hoc solitos esse efficere, quia, vt ipse Galenus refert, lib. 12. meth. cap. 4. vnaquæque regio tale vinum erat sortita. Nos tamen, qui Hispaniam, vbi ferè omnia vina alba sunt vinosa, fuiua, aut flaua præpotentia, colimus, quando vinum febricitantib' poterimus propinare? Nonnè huiusmodi vino maximum incendium, & cauma misero febricitanti concitabitur? Maximum quidem, propterea medicos Lusitaniam, Hispaniam habitantes precamur, nè tale vinum suis febricitantibus porrigant, illosque ab eo potu, vt pote nociuo arceant, quod non solum est ex nostra sententia sed etiam Gal. [b] l. 3. de vict. acu. com. 7. & li. 12. met. vbi vinum fuluũ, aut flauũ febricitãtibus abnegat. Quod vinũ est illud, quod apud nos vulgares album appellant, ab albo Galeni multis modis diuersum. Non negamus tamen sed ingenuè fatemur ægro debili tale vinum etsi febricitati aqua dilutum posse propinari, vt vires, & spiritus vitales reparẽtur, idem fieri decet in febris vniuersali de-

a Solutio dubij.

b Gal. li. 3. de vict. acut. co. 7 & lib. 12. met. cap. 4.


O clinatione

clinatione vt non solum aquosum, quo caremus sed etiam flauum exhibeatur Hippocratem lib.6.Ep. & Galen.lib. 8. meth. sequendo. [c] Sed dices demus in Hispania aquosum Galeni reperiri, quo tempore febrienti dabitur? Respondeo in statu non esse dandum, sed propè declinationem, sic solitus erat Galenus suum vinum aquosum porrigere, vt constat ex [d] lib.11. meth.cap. 9. & paulò infra subdit. At [e] si mediocris est febris, & vires non validæ, sed cum notis coctionis, ijs, qui ità se habent balneum prodest, & vini potio.

c Vinũ aquosũ Hipp. & Gal. apud nos nõ reperitur.

d Gal.lbl. 11. meth.cap.9.

e Vinũ aquosũ quod tempore febris, & quãdo possit concedi.

Debet etiam secundum odorem vinum perpendi, hoc non videtur verum, quia odor teste Galeno [f] lib.4.meth. nec per se, nec re aliqua interueniente potest priores ventriculos cerebri immutare, & quod maius est, nec ipsum caput.

f Gal.li.4.metho.c.22. objectio.

Rursus docente Galeno [g] lib.3. de locis cap.8. odorata multis capitis dolorem inferunt, vt nè styracis [h] quidem odorem possint perferre. Et memini cùm apud Salmanticenses agerem vidisse Scholasticum medicinæ operam nauantem, cui cùm consanguineus meus medicus chirothecas aromatibus multis, muscho, & ambare concinna

g gal.li. 3. de locis c.8.

h Objectio. 2. multos rebus odoriferis lędi.

tas

tas habẽs in gymnasio medico pro lectione audiẽda esset admodũ propinquus, Hispanũ scholasticũ odorẽ nõ potuisse perferre sine graui capitis dolore, & à cõsanguineo meo petijsse, vt chirothecas alibi recõderet, seq; odorata sine graui molestia, & capitis dolore non posse tolerare,[i] nihilominus dicendũ est, nõ omnes odoratis lædi, & si omnes læderentur, non tamen eo odore iecur, ventriculum lædi, iuuat vinum [k] odoriferũ, vt plurimũ tũ quia odore naturã recreãte magis ad vinũ potãdũ allicimur, tũ[l] quia odore à vino spirãte & vitales spiritus, & animales reficiuntur, vt constat ex lib. 2. [m] aph. 11. & ex Hip. li. de alimento.

Adde [n] vinũ quod odoriferũ est, placere quia suo bono odore defæcatũ, bene concoctũ, & à sorditie limpidũ & mũdificatũ esse ostẽdit: hæc fuit causa ob quã Isac. li. de vni. diæt. odoriferũ vinũ cõmẽdat, hoc [o] vinũ lætitiã, voluptatẽq;) quia cor lætitię fontẽ recreat) gignit, cõtrarios effect⁹ fætidũ, & horribile vinũ generat, vnde fit, vt [p] Ga. l. de bo. & vit. suc. vinũ odoriferũ laudet, fætidũ vero repudiet. ¶ Cæterum quomodo odores ciborũ, & potuũ sint delectabiles cõsule [q] Arist. l. de sensu, & sensibili cap. 5. vbi refert

i Ad 2. obiect.
k Quare vinũ odoriferũ cõueniat & sit delectabile.
l Ad primam obiectionem.
m Ga. l. 2. ap. 11.
n Alia ratio sine responsio ad primã obiectionem.
o Vide c. 9. li. iudicum, & ps. 103. eccles. c. 31.
p ga. li. de bo. & vit. succ. c. 11.
q Arist. reddit huius rei causam vide hic Con. diff. 55. & Musam l. 2. aphor. 11. & Man. l. 18. ep. ep. 6. vbi conciliatorem impugnat.

causam delectationis in prohibitionem con gelationis sanguinis cerebri, quæ sententia vtrum vera sit forsan Dei auxilio alibi enucleabimus, Arist. lib. primo probl. prob. 40. odorata [r] vina vrinam mouere dixit cũ Hippoc. lib. de diæt.

r Vina odorifera vrinam mouere.

Altera [s] differentia ad cognoscendam vini bonitatem desumenda erat ex ætate, qua alia sunt recentia, alia antiqua, alia vero media. De [t] ætate vini nõ bene cõstat inter autores nec certa de hac regula potest describi cũ ex soli diuersitate citius quædã senescãt quædam tardius, vnde hallucinatus fuit quidam, qui in epistolis suis ad Fuchsiũ certam regulam conatur describere, non constat igitur de hac re inter doctos, etenim Galenus [u] lib. 7. meth. cap. 6 vinum inter nouum & vetus medium constituit, quod est sex annorum, & lib. 4. de compositione sec. genera, vbi agit de epuloctico medicamento à quinto anno vsque ad decimum vinum medium inter nouum, & antiquum existimat esse, Hacius vero vinum septem annorum vetus appellat, & quod maius videtur, ipsemet Galenus [x] libr. 4. de compositione per genera cap. cit. sibi contrarius apparet dum in hunc modum scribit, mediocri autem,

s Ex ætate vini dignotio.

t Ga. l. 3. de ra. vict. in morb. acu. com. 1. sic ait, non enim ob tempus vina, vel iuuant vel lædũt: sed ex propiarum differentiarũ mutatione id habent, &c.

u ga. l. 7. met. c. 6.

x gal. videtur sibi repugnare.

tem quod est à duobus annis vsque ad quatuor calidum est, vetus septem annorũ transiens in tertio calidum existit, quare cum non benè constet de ætate vinorum, nec certe aliquid possimus de hac re determinare, dicendum nobis videtur nouum posse appellari vsque ad sextum, aut septimum annum, vetus verò vbi iam decennium compleuerit, aut vltra transierit, sæpe namque vina quædam ante tertium annum, & quartũ sunt vetusta vt est in maiori nostræ Lusitaniæ parte, sæpe nanque non solum ad duodecimum annum vinum asseruatur cum optima substantia, sapore, & odore, sed sæpissime vsque ad 30. vt fieri sæpe solet in Hispania, vbi vina per longum tempus reconduntur, nec exigua admiratione dignum est illud, quod Amatus y Lusitanus refert de vinis, quæ gustauit olim in Musæo Brasauoli, quorum alterum ætatis centum & quinquaginta annorum erat, alterum centum annos æquabat, quod similiter, si rectè memini refert Iacuna Segobiensis lib. 5. ad Diosc. c. de vino.

y Cent. prima cura. 28.

His ita pingui minerua determinatis de ætate vini dicimus vinum nouum quod recenter à torculari est expressum calidum es

se in primo gradu etsi est clarum, fortis existit virtutis, & aptum est ad spiritum confortandum, commouet ad coitum, vt verbis Aui. vtamur lib. 3. fen. 11. tract. 2. cap. 8. & 23. tract. 1. cap. 18. & 37. si nouum est quale est mustum, & nondum est à superfluitatibus mundum teste eodem Aui. in 1. 3. tract. 2. cap. 8. sanguinem fœculentũ ac vaporosum generat, idem Aui. capit. cit. de nouo vino proferebat hęc verba, [z] nouũ vinum impedit hepar, & ad hepaticam perducit dissenteriam propter inflammationẽ, suam & propterea quod facit ventrem quod intelligens [a] Galenus in hunc modũ scripsit lib. 5. de valetudine tuenda capit. 5. nouella nec deductionem nutrimenti in corpus agunt, nec vrinas promouent, sed diu in ventre fluctuantia permanent, sic Aui. [b] fen. 3. primi doct. 3. ca. 3. præcipit, vt senes à vino nouo caueant, veterique vtantur, quod multo ante Galenus commendauit lib. eodem 5. de sanitate tuenda cap. 5. cit. vinum [c] vetus senibus, qui habent caput forte, magis conuenit, quia incidit, & extenuat humores quibus abundant, & corpus calefacit, ideo Auicen. in fen. 14. 3. tract. 2. cap. 9. de eo sic ait, vinum vetus odoriferũ,

z Vinum nouũ quæ mala faciat.

a g. l. 5. de sa. c. 5.

b Au. fen. 3. 1. doc. 3. c. 3. pręcipit, qui debent à vino nouo cauere.

c Vetus vinum senibus capitis robusti cõuenire.

est confortatiuum virtutis expulsiuæ, & re- solutiuum materiæ malæ, & fen.[d] 3. primi doct.2.c.8. dicit vinum vetus esse exigui nutrimēti, & esse quasi medicinam per quę verba aperte significauit[e] vinum vetus for tiri eam facultatem extenuandi, atque subti liandi humores crassos, & pituitosos quod etiam non siluit fen.20.3.tract.1.ca.18. Ga lenus sæpissime inculcauit hoc vnum ner- uos infirmare, hoc[f] pro crudis humoribus concoquendis extollit libro. 12. method. cap.4.§. quibus tamen ex crudis humori- bus syncopes periculum imminet, sane Fa- lernum tanto memoratis præstat, quanto tunc melioris est succi, tum etiam calidius, vt pote quod illis per corpus digeretur, & crudis succis concoquendis auxilio erit, hoc præceptum limitandum est dummodo ca- put non sit debile, vt ex verbis Galeni[g] pau lo infra elicitur tum hoc ca. tum l. eodē c.5.

d An.fe.3. 1. doct.2.c.8.

e Vinum ve- tus habet fa- cultatem exte nuandi.

f Vinum vetus crudos humo res concoquit gal.l.12.met. c.4.

g gal.l.12.met cap.5.

Verum enim vero cum testante eodem Gal.l.4. de simplicibus medicamentis cap. 1. distinct.3. omnia vina quanto plus anti- quantur calidiora sunt, quæ etiam fuit Ha- liabbatis[h] sentētia lib.5. suæ theoricæ opor tet, vt moderate ac cum summa ratione pro pinentur, nam immodicè hausta, corpus im

h Haliabbas l.5.theo.

modice hausta, corpus immodicè calfaciũt, & tandem desiccãt adeo, vt permulti (veh malum) sic de medico tollantur, vt clare monstrat historia Galeni [i] lib. 2. de locis affectis in fine, vbi inquit, Pergami quendam grãmaticum famulum domi reliquisse ad custodiendam domum, & cum puer siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinum [k] vetus antiquum liberaliter propinasse, & cum delirio febre oborta mortem cum vita commutasse. Auicenna [l] ad hanc historiam alludens sic profert, multoties moritur homo ex potu vini veteris, inflammatus, & cõturbatus, & sitiens quare vt finem huic materiæ imponamus videtur dicendum cum Galeno li. 3. artis medicinalis text. 86. quod [m] potus vini aptus est vini ætate media existentis, forma vero puri, ac lucidi, vt album aut subrubrum, debet itidem odore esse suaue, & in gustu, nec aquosum omnino, nec vehementem aliquam ostendens qualitatẽ, nec amaram, nec stipticam, nec dulcem.

i Ga. l. 2. de lo. cap. vlt.

K Vinum vetus liberaliter propinatum, quid faciat.

l Au. fe. 13. 3. tr. 2. c. 20.

m Quod vinũ sit eligendum.

Ex [n] quibus verbis aperte sequitur vinũ ætate medium esse eligendum tum pro cõualescentibus tum pro senibus, antiquum enim est superflue calidum & siccum nouũ autem ventosum, & fœculentum & vaporosum

n Vinũ ætate mediũ laudatur.

sum antiquum vigilias inducit, quæ senibus valde nocent, cum de earum natura sit exsiccare teste Galeno [o] lib. 2. aphorism. & li. Artis medicinalis, & li. 7. meth. cap. 6. prope finem §. siccat nanque totum corpus vigilia, eoque infestissima est illis, qui ex siccitate laborant, nunquam tamen quantuncũque vinum sit laudabile bibendum est, vt præsens Auicenna docet contextus, post [p] cibum, intellige anteaquam cibus sit digestus, nã tunc cibos incoctos faciet per venas deduci, & humores illi crudi, & in opportune ab stomacho elapsi obstructiones parient, quæ etiam fuit Galeni sententia libro de dissolutione continui, quẽ secutus est [q] Rasius li. 4. ad Almansorem.

o ga. l. 2. aph. 28.

p Vinum non est bibendum post cibum.

q Ras. l. 4. ad Alm. c. 5.

Sed [r] vt exactam huius rei cognitionem tradamus operæ pretium est inquirere, vtrum vinum pro sanitate custodienda sit bibendum bis, aut semel in mense vsque ad ebrietatem Auicenna [s] tract. 2. cant. videtur ebrietatem laudare semel in mense, in qua sententia fuerunt multi gentiles, quę sententia profecto est erronea, & falsa & tãquam impudica prorsus explodenda, nunquam [t] enim homo debet inebriari vino, in quo est luxuria, vt inquit Beda, si musto

r Dubium.

s Au. tr, 2. cãt. cant. 34.

t Vinum bibere vsque ad ebrietatem impium est, vide Paul. ad Eph. 5. Psalm. 74.

v Spiritus sancti desiderat expleri, reprobatur eadem sententia, quia ad ebrietatem sumitur immoderata vini potio : talis autem immoderantia non potest non plenitudinem inferre, plenitudo vero & facultates animales, & naturales opprimit, & suffocat vnde nunquam potest conferre ebrietas. x Nec valet si quis pro Auicenna dicat, in inebrietate facultates tanquam in somno feriari animales, non valebit inquam, quia non semper quando facultates animales ociantur, naturales redduntur vegetiores, alioqui sequeretur in Apoplexia epilepsia aliisque saporosis affectibus, in quibus animales omnino cessare videntur, naturales perfectiores fieri. Adde ex ebrietate graues & periculosos morbos oriri, neruos infirmos reddi decente Auicenna 2.3. capit. primo, & Auerroe Authore 2. parte canticorum coment. 34. torporem inducit, caput petit, vt est y Dioscoridis plana sententia lib. 5. sui operis cap. 5. ad prolem gignendam maxime nocet, & hæc fuit causa propter quam Plato lib. 6. z de legibus, & Hippocrates libro de superfœtatione parentes à vino immoderato abstinendos esse voluit, ne prolem instabilem infirmam, tortuosam, & pra-

uis

v Vinum ad iucunditatem creatum est, & non ad ebrietatem ab initio. Eccl. c. 31.

x Refutatur Au. opinio. Seneca de trãquillitate animi sic ait, nõ núquam & vsque ad ebrietatem veniendũ non vt mergat nos, sed vt deprimat curas, eluit enim curas, & ab imo animum mouet, vt morbis quibusdam sic tristitiæ medetur.

y Diosc. l. 5. c. 5.

z Optima Platonis opinio, & assertio.

nis moribus imbutam procrearent, sic Dio genes [a] aliquando conspicatus adolescentem lasciuum, ac improbis moribus: ebrius te, inquit, proseminauit pater; propterea Arist. lib. 3. [b] problematum problemate primo ebrietatem vituperat, quod facit Plinius [c] lib. 14. hist. naturalis cap. vltimo, & Auicenna [d] in prima 3. tract. 4. capit. 14. & in 2. 3. cap. 1. ex quibus colligo Auicennam 2. part. cant. cant. 34. non ex propria opinione, sed ex aliorum placito locutum fuisse, qui ebrietatem bis mense collaudabant, sobrietas igitur maxime extollenda, ebrietas cauenda, quæ non solum corpori, sed etiam animo ad beatitudinem creato nocet, cum ebrios [e] multa cogat flagitia perpetrare, & homines feris animantibus similes reddat, ad venerem, homicidia, latrocinia aliaque detestabilia vitia impellat, de ratione, & mente sana deturbet, & tandem ante diē iugulet, vt apposite de illis, qui enebriantur dici possit illud [f] Persij.

Nata mathematicis genesis tua, sed graue tar (das
Expectare colos, morieris stagmine nōdum
Abrupto.

Et egregie hæc Persius cecinit, quia frugalitate, ac potus cibique temperantia solemus

a Diogenis dictum.

b Arist. l. 3. pr. 1.

c Pli. l. 14. na. hist. c. vltimo.

d Potest Aui. à calumnia vēdicari.

e Ad quæ cogit ebrietas, vide Dialog. nostros de perfecto medico, vbi plurima de ebrietate.

f Persius sat. 14.

mus

mus consequi, g inculpata sanitate, omnibusque sensibus optime constitutis ad extremum vitę terminum deuenire: contra vero immoderata victus ratione statutam ac præfixam vitæ periodum præoccupamus, quod nobis Per. in Sat. 2. his verbis obijcit.

g Quid consequamur bene ordinata victus ratione.

Poscis opem h neruis, corpusque fidele senectæ

h Persi. sat. 2.

Esto age: sed grãdes patinę, tucetaq; crassa

Annuere his superos vetuere,

Iouemque morantur.

i Dubium.

Alterum etiam inquirendum est, an vinum pueris conueniat Ga. lib. 5. de val. cap. 5. sic profert, sic senibus aptissimum, sic pueris nocentissimum est: & ratio est quia senibus conuenit docente Aui. fen. 3. 1. doct. 1. cap. 3. & tract. 2. c. 9. quia senes calefacit vt pote frigidos, quare pueris calidis primo aph. 13. k prohiberi debet, hac de causa iure optimo Plato l pueris vinum interdixit, sentiẽs pueros vino vti nihil aliud esse, quã igni ignem addere, & focum foco. Arist. m philosophorum facile princeps hoc intelligens dicebat à vino infantum nutrices esse arcendas, quod si necessitas vrgeat tum ipsos pueros, tum eorum nutrices illud moderate bibere oportere, & bene aqua dilutũ sic

k ga. l. 1. aph. 13.

l Plato l. 9. de le. & 2. de le.

m Arist. lib. de somn. & vigilia ca. 3. vide Ar l. 7. polit.

sic est interpetrandus Hipp. libro de victu priuatorum tex.22.& Alexander Trallian. n lib.1. sui operis & Aetius tetrabli pri. ser. 4.cap.29.

n Trall.l. 1. c.15.

o Alterũ dub.

Sed o dices quod sit melius vinum dilutum, an aqua carens? respondeo de hac re certo aliquid non posse definiri, tum propter varia temperamenta hominum tũ propter vinorum varietatem p illud tamen constituimus vinum impermistum aliquando esse præstantius, quando intestina, aut ventriculus sunt debilia vt colligitur ex l.3. q acu. tex.8. limphatum pro sitis mitigatione magis conuenit, lib.r de vict.pri.text.51. quia vinum cum penetret secum aquam deducit, quæ humectat, & sitim restinguit, hæc permistio aquæ cum vino facienda est aliquot horas ante potum, vt acrimonia vini aquę miscella melius retundatur. Auicenna prim.3.tract.2.capit. 8. vinum dilutum magis inebriare scribit, & Arist. s lib.3.probl.prob.3.huius rei reddit causam, Auicenna loco cit.in §.propterea aqueitas penetrat & facit ipsum vinum velocius penetrare, ac fortius, t quæ responsio non placet, aqua enim non facit vinum penetrare, quin potius sua frigiditate sibi, & vino vias præclu

p Vinum non dilutum quando conuenit.

q Ga.l.3.acu. com.8.

r Hi.li.d vic. pri.com.51.

s Arist.lib.3. pro.pro.3.

t Auic.solutio non placet.

dit

dit, tolerari tamen potest responsio Auicennæ,[u] si de vino crasso intelligatur, nã sic dũ aqua bene diluitur, tenuius redditur per accidens, vinum facit penetrare, melius igitur videtur dicendum, quod vinum limphatũ magis inebriat,[x] quia plus de eo bibitur: de meraco autẽ cum non tanta quantitas assumatur, non fit ebrietas ita crebra, vel dic, vinum impermistum non ita inebriare, quia vt ebrietatem facit, sic etiam eam sua caliditate cito dissoluit [y] Ieremias Brachelius ait vinũ limphatũ, magis inebriare, quia propter aquã cum magis in præcordijs immoretur, ex vino detento sursum ad caput vapores eleuantur, ebrietatem gignentes: caueant tamen à vino aqua diluto, qui viscera habent debilia, vt est docta Galeni [z] sententia li. 2. de rat. vict. illi, quorum natura est summè calida, salubrius degent, si à viño se abstineant, & aqua vtantur, vt egregiè præcipit Hipocrates lib. 6. Ep. sect. 2. tex. 15. §. per calida [a] natura potu aquæ quescit, alijs tamen temperaturis magis conuenit vini potus, quam aquæ, præsertim frigidis naturis vt pote hominibus pituitosis, vt eleganter est scriptum à nostro Galeno li. 5. [b] de val. tuenda, intellige si moderate bibatur, vt etiam

ipse

u Defenditur Auicenna.

x Quare vinũ dilutum magis inebriet.

y Brachelijo pinio non refutatur.

z ga. l. 2. & vic. acut. com. 28.

a Quibus conuenit magis aqua quam vinum.

b ga. libr. 5. de sanit. c. 12.

Ipse tradit in li.4.[c] de victu acu. bene nutrit & celeriter optimum generat succum eodē Galeno Authore li.2. apho.14.[d] sanguinis, generationi efficaciter præsidium affert, eūque defæcatiorem præstat, omnes animi nebulas discutit, mentisque tristitiam, & [e] mærorem eximit, vt enim ferrum ignis potentia, ita animi affectus vino emolliuntur, vt lupinus in aqua dulcescit, sic animus vino fit hilarior, ac mitior nō minus narratur apud Horatium. [f] & prisci Catonis sæpe mero caluisse virtus: Zenonem philosophū ferunt illud idem de se ipso dixisse, vt nos olim meminimus in nostro speculo vitæ humanæ idiomate Lusitano conscripto, sic visum est Platoni fomitem esse quendam [g] & incitabulū ingenij virtutisque si mens hominis illo leuiter incalescat, hæc est causa, obquā l.1.& 2. de legib⁹ moderatis, honestisque inter bibendum remissionibus redintegrari, reficique animos ille asserit, vino firmos ad studendum, & ad aliarum rerum intentiones multo habiliores. Adde vitia [h] quædam illaritate discuti, quæ seueritate corrigi nequeunt, quam ob rem antiquorum morem vinum ad ebrietatem bibēdum prorsus tolli, & aboleri oportet, etenim

c ga. li. 4. com. 106.

d Vtilitas vini modice hausti.

e Vide Plin. l. 22.

f Horat. l. 3. carm. ode. 21.

g Vinum ingenij fomitē recte appellari.

h Multa vitia hilaritate ex vino contracta discutiuntur.



nim se ipsum hominem ad altissima quæque contemplanda natum vino obruere, est proculdubio à tanta dignitate & præstantia longe alienum, hoc abusu in nos ipsos sumus iniurij & in Deum opt. ac max. rerum omnium summum opificẽ ingrati, vino enim nobis ab ipso Deo ad sanitatem & morborum medelam dato morbos accersimus, cuius præsidio illi erant profligandi. Diuus [i] Paulus huius tanti boni non ignarus Timotheo parcum vini vsum illumq; ad debilem stomachum fulciendum suadet, sic laudata [k] est Romuli vrbis Romanę extructoris circa vinum temperantia, qua erubescere oportebat multas nationes, apud quas adeo insana edendi, [l] bibendique libido est adaucta, vt ilios prope modum à symposio exhibilent, qui se non strenuum potorem præbeant, vinumque in poculo relinquere turpe, & indecorum arbitrantur. O quam multa ac sæua vitiorum genera hinc pullulant, quam varij, quam inopinati interitus hominum? Quæ mala videtur Iuuenalis [m] deflere in his verbis.

i D. Paul. pro stomacho vinum suasit vide Pli. li. 22.

k Romuli cõtinentia.

l Quo processit insana bibendi cupiditas.

m Iuuenalis carmina.

Vnde animi caligo, & tanta obliuio rerum
Tot subitæ mortes, atq; intestata senectus?

Res

Res præterea dulces ad faciendas oppilationes sunt veloces, quoniam natura eas trahit anteaquam digerantur, & oppilationes quidem ad multas perducunt ægritudines tales, qualis est hydropisis.

SCHOLIA.



E temperamento rerum dulciũ satis superque iam tractauimus. Nunc agendum est de oppilatione, cuius causam vsum rerũ dulcium sæpe esse hic testatum nobis reliquit Aui. dicendum præterea est, quo pacto ex obstructione hydrops eueniat, oppilatio n igitur idẽ est quod obstructio: fit illa à crassis, glutinosisque humoribus docente Gal. o l. 3. de causis symptomatum cap. 12. in fine, & lib. 5. de sanitate tuenda cap. 6. vbi recenset multa, quæ obstructionis sunt causæ quod etiam docuit lib. 3. p eiusdem operis & libro de differentijs symptomatum cap. 5. fit etiam ex humorum copia etsi tenuiũ, vt scriptum est ab eodem Gal. q lib. 11. methodi.

n Quid sit obstructio.

o Ga. l. 3. de cau. sym. c. 2.

p ga. l. 3. de sa. c. 10.

q Ga. l. 11. me. cap. 8.

r Quomodo obstructio alicuius membri curetur.

Curari r debet hoc modo, si fiat ex humo

rum abundantia, per ea, quæ euacuant, & multitudinem tollunt: si à crassis, per extenuantia, si à glutinosis humoribus, per ea medicamenta, quæ incindunt, & abstergũt, iecur inter omnes partes crebrius oppilatur, tum ob eius constitutionẽ, tũ s ob eius actionẽ teste Gal. l. de con. Artis. ob constitutionem inquam, nam venę quæ à portis infimam prædicti visceris finduntur, in tenuissimas extremitates finiuntur; quod quidem haud obscure patet, oculis quæ in gibbo sunt distributæ à caua vena ortę sensu obscuro committuntur, constat igitur inter medicos, quod cibus vniuerso corpori distributus ex omnibus simarum partium venis exiens ad gibbas partes per dictas extremitates transumitur: in quibus cum multa detur angustia, nihil mirum si crebris affectionibus iecur afficiatur propter actionẽ iecur posse sæpe obstrui, patebit, quia illud est t sanguificationis officina, vt sanguinem vniuerso corpori largitur, ac suppeditat, & ex illa sanguinis generatione fieri nequit, quin excrementa restent, quæ forsan detenta ipsi hepati oppilationis erunt causa.

s Iecur propter quid obstructionibus fit paratissimũ

t Iecur sanguificationis officina.

Dignos-

Dignoſcitur [u] affectus ex parte dextra hyppocondriorum dolore, qui ſolet eſſe grauatiuus, & vt eleganter Aetius [x] docet lib. 10. cap. 2. aliquando obtuſus, aliquando eſt vehemens: ſæpe numero febrem inducit præſertim ſi obſtructio diutina ſit, ac multa nā tūc cū putrefactione adeſt, ex qua febris accenditur, & ſic intelligendus eſt Paulus [y] lib. 3. & Alexander [z] Trall. libr. 8. cap. 2. & Galenus lib. 2. de locis affectis, qui aliquantulum ab his videtur diſcrepare.

u Gal. lib. 5. de loc. ca. 7.

x Aet. l. 10. c. 2.

y Paulus li. 3. c. 46.

z Ale. l. 8. c. 2.

Illud [a] tamen hoc loco non eſt prætereū dum iecoris obſtructionem (quod notat Galenus lib. 5. de loc. cit.) fieri ſæpè ab halituoſo ſpiritu in iecoris cauitate concluſo, cui non patet exitus Galenum ſequitur Aetius [b] loco vbi ſupra, quando dicit iecinoris oppilationem fieri à flatibus nebuloſis, & concoctu difficilibus, quemadmodum hic affectus ſit commodatiſſime curandus in [c] noſtra praxi dicetur.

a Alia cauſa obſtructionis ex Gal. lib. 5. de loc.

b Aet. l. 10. c. 2.

c Pollicit praxeos librum.

Ex iecoris [d] oppilatione, vt ait Aui. hydropem generari multi præter Aui. ſcripſerunt, pro cuius ſententiæ intelligentia aduertendum eſt hydropem latine dici aquā intercutem, hic affectus ſit vitiata ſanguificandi facultate, vnde [e] non poteſt fieri niſi

d Ex hepatis obſtructione aqua intercutem.

e Hydrops nō poteſt fieri illæſo iecore.

patiente iecore, vt constat ex lib. de virtute nostrum corpus disponente, & [f] lib. 5. de locis affectis c. 7. vnde iam colligitur error Erasistrati, contrarium opinantis, Celsus [g] li. 3. c. 21. hydropicum morbum à symptomate nomen accepisse testatur, in qua fuit sententia Aurelianus, [h] & Plinius libr. etiã 3. cap. 12. obstructio parit hydropem, quia per obstructioné debilitatur iecoris sanguificandi officium, quot sint huius morbi species constat ex Galeno libr. 5. de loc. cit. [i] & ex 4. de causis pul. & libro de tumoribus præternaturam, & 4 [k] de rat. victus comét. 111. Galenum sunt secuti Aetius li. 10. sui operis cap. 20. & Paulus lib. 3. cap. 48. Trall. lib. 9. cap. 1. & Cornelius Celsus lib. 3. [l] cap. 21.

Ex obstructione iecoris non solum hydrops sed alij multi morbi proficiscuntur, sæpe cumero fit febris, vt constat ex libr. de causis morborum, [m] & lib. 7. aph. 42. capitis dolorem accerscit, vt paret ex 4. aphor. 70. morbum ictericum producit, iliacum morbum sæpe generat, vt scriptum est li. 4. aph. [n] de qua re sigillatim alibi dicetur.

f ga. lib. 5. de loc. c. 7.

g Cels. li. 3. c. 21.

h Aurelianus l. 3. c. 8.

i ga. l. 4. de cau. pul.

k ga. lib. 4. de vict. acu. tex. 111.

l Cel. li. 3. ca. 21.

m ga. l. de cau. mor. c. 5.

n Li. 4. apho. 60.

Gres-

GRossities præterea aeris, & aquæ, & quæ maxime est in æstate est ex eis, quæ cibũ corrumpunt, ideoque non est malum, vt super ipsum vinum temperatum bibant, aut aquam calidam, in qua cocta fuerint xiloaloes, & mastyx.

SCHOLIA.



Erem crassum, & similiter aquam crassam cibum in ventriculo existentem corrumpere asseuerat, huius rei causa est quia aeris o crassi, & aquæ crassæ grossitudo intemperiem arguit, quæ dum ad cor pertingit, ipsumq; afficit, illius calorem deijcit, & ex consequẽti cibi coctionem, qua dum priuatur alimentum à natura destituitur, & ipsum natura sinit corrumpi, & hoc præcipuè fit p in ęstate tum quia eo tempore magis sitimus, & plùs de his aquis bibimus, & quia maiori aeris attractione viscera tùm indigent ad ipsorum calorem contemperandum, tùm quia per id tempus calor naturalis est debilior calore aeris ambientis ipsum relaxante, & ad exteriora attrahente.

o Quid faciãt aqua crassa & aer crassus.

p Æstate magis sitimus, & plus bibimus.

Aqua turbida, & crassa non solum alimẽ-

tum in ventriculo corrumpit, sed etiam ex illa corruptela graues morbi proueniunt, vt constat ex q Hippoc. lib. de aere, aquis, & locis cap. 5. & ex Gal. lib. 1. r de san. tuenda, & ex Aui. 2. 1. doct. 2. c. 16. quod si necessitas vrgeat talem aquam propinare, aut iã ebibita fuerit, si bibita s est post ipsam Aui. consilio loco supra cit. prouocandus est vomitus & anteaquam homo eam gustet, necessitate compulsus vinum cum ea commiscendum est, album syncerum & clarum, aut aqua calida bibenda est mastice, & ligno aloes incocta, vt sic malitiam amittat; hic tamen obiter notandum est t Galenum nostrum hoc lignum non cognouisse, quanuis u Serapio falsè Galenũ adducat de hoc ligno loquentem, locũ nõ indicans, nec Serapio, si fas est vera loqui, ipsum lignum exquisite cognouit, nec x Pandectarius, qui arbitratus est, neminem vnquam vidisse huius arboris ortum, sed tantũ per flumina paradisi terrestris, cum aliqui rami franguntur, deferri, quæ y falsa esse cõstat ex nostrorum Lusitanorum nauigatione, illi enim cum sint terra, marique audacissimi plures harum arborum syluas sunt ingressi, & in z nostram Hispaniam multos

q Hi. l. 8 aquis & aere, & locis.
r ga. l. 5. de sa. c. 11.
s Quid sit faciendum post aqua crassa ebibita est.
t Ga. non cognouit lignum aloes.
u Hallucinatus est Serapio
x Pandectorius non cognouit verum xiloaloes.
y Carpitur pãdectarius ex nauigatione Lusitanorum.
z Vide li. 2. nostrarum censurarum.

erun-

truncos asportarunt, defertur tamen in exi
gua copia, quia lignũ hoc apud gentes illa
rũ nationũ in honore habetur. In [a] insulaque
Samatra dicitur, vbertim crescit, optimum
est illud, cuius [b] festucam siper quartam ho
ræ partem manu clauseris ex illa suauissi-
mus odor efflat, vnde colliges illud, quod
ad nos defertur non esse approbatum, cum
fere omne his careat dotibus, aerem craſ-
sum cibum corrumpere ab Au. est inculca
tum, & eius rationem supra tradidimus,
propterea quod aer crassus hoc efficit, &
perniciosus est, à Galeno purus commenda
tur lib. 1. [c] de sanitate tuenda cap. 11. qui
nec stagni, nec paludis halitu sit perturba-
tus, nec ex profundo specu pestilenti aura
expirante sit infectus, nec qui ex animaliũ
olerum aut leguminum putredine, aut fimo
coinquinatur, nec qui ob stagnum vel flu-
men vicinũ nebulosum est. De qua re Hip-
pocrates [d] lib. ad id destinato & præsertim
cap. 10. vbi nebulosum aerem repudiat.

Euonymus Gesnerus Philiater ex Bulca
si docet, quo pacto aqua turbida clara redda
tur ollam [e] magnam aqua turbida replebis
& igne leui subiecto duo ligna transuersæ
ollæ marginibus impones crucis instar, lig-
nis

a Vbi vbertim crescat.

b Quod sit optimum.

c Purus aer cõmẽdatur à ga. l. 1. de sa. c. 11.

d Aerem nebulosum vituperat Hip.

e Quo pacto aqua turbida clarescat, & potui apta reddatur.

nis vero impones lanam mundam, & diligenter elotam: & quicquid imbiberint lanæ ex ascendente vapore expressum repones, idque continuabis quandiu aliquid vaporis ascẽderit, alij, vt refert aquã turbidam instar rosaceæ distillant, alij clarificant inijciendo aliquid anethi (error videtur, malim aceti) aut amyli, f aut farinæ quoniam ista descendunt, & trahunt secum ad fundum vasis crassitiem aquæ.

f Melius clare fit aqua aceto, aut amylo quã anetho.

ET præterea cui intestina calida fuerint, & fortia cum grossum comederint cibum, frequenter accidet, vt ipsius nutriens ventositates efficiat, & stomachum, & partes eius tendentes, & ægritudo mirachia inde etiam procedit.

SCHOLIA.



Intestina à Deo optimo & maximo facta sunt in longitudine sua inuoluta, & reuoluta, g vt chilus, moram faciat in eis donec ab hepate attrahatur, id quod subtilius est ac melius, fitque talis attractio per venas meseraicas, quibus intestina sunt referta à iecore ortis, etenim si non ita essent varicosa ac du-

g Quare facta sunt intestina conuoluta.

plicata,& inuoluta continuo chilus dilabe-
retur,nec tam copiosè corpus posset nutri-
re,& homo continua asselatione de decora
retur,& proculdubio homo creatura ratio-
nalis à bellua non differret,nec suis publi-
cis negocijs posset vacare , hæc sunt sex,
quorum quædam sunt crassa , quædam te-
nuia, vt constat ex lib.4.de vsu partium, &
h 6.aph.24.& 6.meth.cap.4.& ex Aui. 13. hGa.l.6.aph.24.
3.tract.primo cap.2. primum est duodenũ
hoc coniungitur cum stomacho, præditũ
est quodam musculo,quo mediante expel
lit,duabus tunicis constat,quemadmodum
cætera intestina,viget in eo attractrix facul-
tas debiliter tamen,tum quia massa ipsa sua
grauitate descendit, tum quia ventriculus
chilum inferius detrudit,& sic non indiget
multa vi,& robore.2.intestinum dicitur ie-
iunum,quia in animalibus mortuis, vacuũ
& inane reperitur,quod multis abundat ve
nis meseraicis ab ipso fortiter sugentibus,
& ad illud multus humor biliosus effluit,
quod sua acrimonia ad expulsionem irritat,
& exsuscitat, quintum est ileon, quasi con-
fusum,& duplicatum dicas, in quo iliacus
morbus grauissimus quidẽ fieri solet, aliud
est cæcum,alij vocant monoculum , quod

crassam & amplam habet compositionem, vt fæcibus pateat locus, nec vicinia fœcum molestetur, & ostructionẽ patiaṫ, post hoc est colon dictum à colando, angustum est, in hoc gignitur colicus morbus, tum propter angustiam loci tum propter fæcum duritiem: vltimum est rectum, in cuius extremitate musculus est, qui mouetur motu voluntario, vt patet ex lib. 4.[i] de vsu part. c. 19. & 6. de locis affectis c. 2.

i Ga. lib. 4. de vsu par. c. 19.

Hæc omnia intestina omento inuoluũtur, vt constat ex li. 4.[k] de vsu partiũ, quod stabile, firmumque est, ita vt ad aliud nihil ex aliqua parte possit incidere, nisi ex illis, ex quibus oritur, docente Galeno[l] libr. 7. aph. coment. 55. extensum ac colatum est supra intestina, vt suo calore ipsa foueat, co ctionem adiuuet,[m] quod vbi secundum aliquam portionem memoratu dignam ali cui est substractum intestina eo fotu priuata frigidiora redduntur, præsertim si homo vt perite præceptor meus Alcaçar in suo li. 4. materiæ chirurgicæ cap. 8. animaduertit fuerit macilentus, secus enim fieri assolet in pinguibus, in quibus vt pinguedo, ita & calor exuberat, vide Gal. l. 4.[n] de vsu part. ca. 9. vbi hoc innuit, asseritque omentum totũ se gla-

k Cap. 9. vide Aul. fen. 22. l. 3. tr. 1. c. 5.

l Ga. l. 7. aph. 55.

m Intestina fiũt frigidiora omenti extractione.

n Gal. lib. 4. de vsu part. c. 9.

se gladiatori vulnerato ademisse, qui licet sanatus, patiebatur tamen, & lædebatur ab externa frigiditate, vsque adeo vt non sustineret nudum habere ventrem deficiente nimirum natiuo calore, qui ab omento ipsi ventriculo præstatur, hoc cum extra vulnus prolabitur, anteaquam ab externo aere infestetur, in suam sedẽ oportet reponi, alias facillimè liuescet ac putrefiet, vt egregie [o] Hippocrates docuit lib.6.aph.in his verbis cum omentum excidit, necessario putrescit, intellige cũ ab elapso omento longa mora est contracta, vt omnes eo [p] in loco animaduertunt, si illud iam non poterit in pristinum locum reuocari, conandum est, vt pars quæ à naturali dispositione recessit, ac nigricans amputetur vt Galenus [q] multis in locis suę doctrinę appositissime inculcauit. Nec hoc est silentio prætermittendum eos pueriliter hallucinari, qui [r] putant post excisum omentum sanam partem cauterio esse vrendam, quemadmodum in hernia intestinali cum testiculus euellitur fieri iubemus, plane dispar est ratio, nam omentum adiposum est, & si illi cauterium admoueres, statim liquesceret, quod in herniosis minime contingit, quo omentum maius est,

o Hi.l.6. aph. 58.

p Quid sit faciendũ qñ omentũ foras exi.

q Ga.l.6.met. cap.4.& 4. de vsu par.ca.9.

r Sciffo omento nõ esse partem sanam vrẽdam.

eo intestina sunt calidiora, & si alimenta ingesta crassæ fuerint substantiæ, multi halitus, ac multa spirituosa substantia inde resultabit, quibus intestina & stomachus sæpe adeo extenduntur, & relaxantur, vt in ruptionis discrimen pertrahi videantur, [s] cuius rei ratio est, quia cum alimentum crassum est difficilisque coctionis, & intestina sunt fortia & multo calore prædita in alimentũ agũt subito, quod cũ actioni caloris non pareat, sed resistat, tenuiores partes cibi in halitus & spirituosam substantiam transmutãtur, ex quo sæpè vehementissimus dolor & tensio oritur, & mirarchia, [t] Quæ non est aliud, quam melancholia flatuosa, cuius meminit Galenus lib. 3. de locis cap. 7. & Aui. fen. 1. 3. tract. 4. cap. 9. vtrum autem hæc sit pylori inflammatio, vt falso arbitratus est [u] Auerrous lib. 3. coll. cap. 40. cui videtur Galenus [x] astipulari, in nostra praxi dicetur, vbi etiam omnium intestinorum peculiares morbos, & curationem recensebimus.

s Explicatur Au. locus.

t Mirarchia quid sit alsbl.

u Carpitur Auerrous.

x Ga. Auerroi astipulari videtur.

QVi autem stomachum habet vacuum, & cum rẽ comedit subtilem stomachus post ipsam stringitur, & si postea rem voluerit comedere

medere grossam, refugiet ab ea stomachus, nec eam digeret, quare corrumpitur, nisi inter ea tempus positum fuerit, & in huiusmodi quidē dispositione melius est, vt grossus cibus paulatim præmittatur, quoniam stomachus tum à subtili non terrebitur.

SCHOLIA.



Verissimè ab Hip. lib. de purgantibus medicinis scriptum est, vane & negligenter traditos cibos y morbos generare, quod etiam cōfirmatur ex Auicenna hoc loco, z quando dicit famelicum & inanitum ventriculum habentem in cibatione non debere incipere à subtili alimēto, quia si sic progrediatur, igneam suscipiet naturam alimentum susceptum, & crassum, si statim accipiatur corrumpetur, adeo vt concludat Galenus a li. 2. de aliment. facult. ca. 11. alimenta tenuis substantiæ in cibatione alimentis crassę substantiæ esse præponenda, quæ doctrina intelligenda est, vt in præsentiarum ab Auic. limitatur, etenim si homini famelico alimētū tenue exhibeas, cū in ventriculo famelico multi sint ichores protinus ichorum vitinia corrumpetur.

y Cibi neglig ēter traditi quid faciant.

z Famelici à subtili alimento non debent incipere.

a gal. lib. 2. de ali. fac. c. 19.

Ex hac Aui. sententia, & Gale. testimonijs colliges alimenta diuersæ substantię & diuersis temporibus assumpta non simul à ventriculo exire, sed per partes, vt constat etiam ex li 2. aph. [b] cóment. 18. quando docet alimento iniecto protinus vires, ac pulsum roborari, anteaquam in vniuersum coquantur, quod fieri non potest, nisi dicatur ex alimento [c] in ventriculo recepto, aliquá portionem chili tenuem ad iecur deferri, illamque homini robur inter vescendum & lætitiam largiri, ac inferre patet hæc nostra assertio ex lib. 3. [d] de facul. nat. cap. 7. sed dices [e] falsam esse hanc nostram doctrinam, quia Galenus [f] lib. 3. de facultatibus naturalibus cap. 4. asserit inferius os ventriculi nó aperiri, quousque omnia coquantur. Respó deo, [g] quod quanuis inferius os ventriculi constringatur, nihilominus per alias partes nẽpe per arterias, seu arteriá, [h] quas in dissicione corporum cum Salmanticæ ageremus, Augustino Vasquio Doctore egregio Anatomico sæpissimè illo has mihi ostendente hisce oculis sumus intuiti a corde ramificatá, quá certe nó alia de causa factá à natura arbitramur, nisi vt citissime tenuissimas cibi partes easque halituosas à ventriculo

b ga. l. 2. aph. 18.

c Inter comedendum ex vétriculo cibi aliquas subtilissimas portiones deferri quæ tunc gaudium inducũt, & robur.

d Ga. l. 3. de fa. cap. 7.

e Dubium.

f Ga. lib. 3. de fa. na. c. 4.

g Dubij Solutio.

h Per quas arterias fiat illa tenuissimarũ partiũ cibi ad iecur transũptio.

culo ad iecur tanquam per viam aliquam cópendiariã deferrēt, tãta fuit altissimi solertia, tãta sapiẽtia, tantũ ingeniũ in nostra hac fabrica & mole humana extuenda ac creanda, quare oportet vt ordo seruetur in alimentis ingerendis dummodo ipsa non admodú distent, quid enim refert prius comedi carnem arietinam quam perdicum, aut gallinarum quam caponum? si quidem inter hæc exiguus est recessus. At dices Galenum lib. 2.[i] de aliment, facultatibus cap. 27. oliuas, quæ sunt astringentes prima mensa sumendas esse consulere, occurrendum est locum [k] Galeni esse intelligendum de mortuis oliuis, quæ præ maturitate decidunt, quæ facultatem leuigandi sortiuntur, & hæ quemadmodum cætera alimenta humida in prima mensa sunt gustandæ, nec mirandum [l] eundem fructum diuersis temporibus diuersas habere facultates, fructus nanq; multi vt sunt poma initio sui ortus constringũt, dum iam sunt matura humectant, agrestæ succus frigidus est, & agresta ipsa si maturescat, fit calida, & ex illa succus calidus extrahitur tractu temporis, vt est mustum.

[i] Gal. li. 2. de ali. fac. c. 27.

[k] Explicatur Galenus.

[l] Idem fructus diuersas sortiuntur facultates.

Cum

Cum autem in aliquo comedente repletio super fluerit, aut quia in eius stomacho aliquis inundauerit motus, aut aliquis admiscebitur potus ad vomendum, erit properandum quod si ei hoc defecerit, aut vomere non potuerit aquam calidam paulatim bibat, quoniam repletionem deponet, & somnũ afferet, ad dormiendum: ergo se posternat, & quãtum voluerit dormiat.

SCHOLIA.



Ocet corrigere plenitudinem ex cibis prouenientem, inquit que m præsente plenitudine in ventriculo ad vomitum esse properandum, & hoc si homo non potuerit sua sponte efficere aquam calidam i. tepidam bibat, quoniam hæc per vomitum plenitudinem deponet, & exonerata natura somnum conciliabit, habet enim aqua tepida n facultatem relaxandi parietes ventriculi, & humectat sua humiditate, qua gaudet facultas expultrix: facultatem expultricem humiditate iuuari constat ex lib. 2. o apho. com. 20. & fen. 1. primi doct. 2. cap. de humoribus, & ex lib. 3. p de facult. nat, tepidam vero aquam corpus, & ventriculum

m Vomitus in ventriculi ple nitudine.

n Aqua tepida quid faciat.

o Ga. l. 2. aph. 20.

p Ga. l. 3. de sa. na. c. 7. tepidũ offendit neruos. 3. de cõp. p. g.

culum relaxare, & ad vomitum prouocare assertum est à Galeno lib. de victu priuatorum, & ab Aui. 16. 3. tract. primo c. 4. & prima 4. cap. 26. quod etiam præter loca citata Galenus q alibi scripsit libr. primo de arte curatiua ad Glauconem, cap. 6. propterea r apud sacras literas nos scriptum reperimus vtinã vel calidus vel frigidus esses, sed quia tepidus es euomam te &c.

q ga. l. 1. met. c. 5. & lib. 1. ad glau. c. 6.

r Locus apud sacras literas explicatur.

Sed quia s hoc capite & in præsentiarum sæpe ab Aui. fit mentio vomitus, non absurdum erit inquirere maioris speculationis gratia sit ne vomitus euacuatio naturalis? & anteaquam propositam difficultatem dirimamus aduertendum est ex Galeno t li. 2. de symptomatum causis cap. 4. in principio ex ventriculo expulsionem fieri per compressionem non quod ventriculus vndiq; comprimatur, nam sic fit retentio, sed ex vna parte comprimitur & ex altera aperitur vt etiam perspicuum est ex lib. 1. u de symp. causis cap. 6. excretio fit aperto &c.

s Dubitatio.

t gal. lib. 2. de sym. cau. c. 4.

u ga. lib. 1. de symp. cau. ca. vlt.

Quod igitur vomitus non sit euacuatio naturalis videtur insinuare Galenus libro de differentijs sympt. cau. cap. vltimo & lib. 5. x methodi cap. 11. & lib. 11. meth. cap. 9. & lib. 3. de causis sympt. quibus non obstantibus

x Ga. l. 5. met. c. 11. & l. 3. de symp. cau. c. 8.

tibus videtur dicendum, vomitum esse naturalem euacuationem, illudque assertum est clarissimè à Galeno libro de sectis cap. vltimo. Et confirmatur, quia ea est [y] euacuatio naturalis, pro qua obeunda natura organa, & instrumenta parauit, sed natura pro vomitu organa extruxit, ergo vomitus vacuatio est naturalis, naturam pro vomitu organa parasse patet ex libr. 5. de loc. cap. 5. [z] & lib. 3 de facult. naturalibus, parauit enim sagacissima natura pro vomitu Esophagum, illumque propterea duplici exornauit membrana, & tunica interna, & externa, vt scriptum posteritati voluit esse Galenus [a] lib. 5. de loc. cit. Rursus id quod euacuandum est necessario colligitur, & generatur in ipso vẽtriculo docente eodem Galeno [b] lib. 5. de vsu partium cap. 4. per totum. Ergo vomitus est vacuatio naturalis. Adde eam euacuationem esse toto genere naturalem, quæ veluti finis intenditur à natura, est igitur vomitus excretio naturalis, cum veluti finis intendatur à natura si fides est habenda Galeno [c] libro 6. de placitis Hippoc. cap. 1.

y Quæ sit euacuatio naturalis.

z ga. l. 3. de fac. nat. cap. 8.

a gal. l. 5. de loci. cap. 5.

b ga. l. 5. de vsu part. ca. 4.

c Gal. lib. 6. de locis. cap. 1.

d Ad testimonia Responsio.

Ad [d] testimonia autem Galeni quibus videbatur contrarium significare dicendum lib. 5. Methodi cap. 11. potius significasse vẽ-

triculũ sursum per vomitũ, & deorsum per aluum naturaliter euacuari, & verba Galeni, quæ sic se habẽt, [e] & non est, quod prẹter naturam irrites, sunt ita interpretanda, & non est, quod præter consuetudinem vomitum prouoces, & eodem modo intelligendus est locus alter Galeni lib. 11. Methodi cap. 9. & ad locum Galeni lib. de differentijs [f] sympt. cap. vltimo dicendum est locutum fuisse de vomitu sanguinis, qui toto genere est præter naturam, & lib. 3. de sympt. causis capitulo secundo dixisse euacuationem quæ fit per inferiora esse naturalem, non negasse tamen euacuationem, quæ fit sursum esse de genere naturalium.

e Explicantur hæc Gal. verba, & non est, quod præter naturam irrites.

f Explicatur Gale. l. de diff. sym. c. vltimo.

Hæc [g] vacuatio facienda est potissimum, cum humores os ventriculi infestauerint, aut tunicæ illius fuerint vitiosis humoribus imbutæ, vt constat [h] ex lib. 1. de sympt. causis, nec sunt ad illam excitandi, qui [i] gutturis inflammatione aut angina laborauerint, nẽ vnum morbum conantes extirpare, alterum peculiarem faciamus. Homines graciles, & biliosi & vomitui assueti sunt ad vomitum excitandi, vt est docta

g Quando vomitus sit vtilis.

h Gale. l. 1. de sym. cau. c. 7.

i Quibus non conuenit vomitus.

Hippocratis doctrina lib. 4. k apho. 6. & lib. de catharticis medicamentis, & præsertim si hyems l non obstiterit, vt docent Hippocrates & Galenus locis citatis, & Auicenna fen. tertia. 3. tract. 5. cap. primo & 4. 1. capit. quarto.

k Hi. l. 4. aph. 6.

l Hyems ad vomitum sæpe obstat.

QVod si hoc non suffecerit, aut ei non aduenerit, considera si te natura excusabit expulsione, bonum erit, etsi non, iuua ipsum cum eo quod ventrem suauiter soluit, & calefactum quidem cum tali qualis est triphera & sucharum rosaceum egestionem faciens, aut mistum cum origano murabato, & infrigidatum cum tali, quale est ciminum murabatum & seriezen, & tambri, & potu quidem impleri melius est quam impleri cibo.

SCHOLIA.

SI vomitus non aduenerit vel sua sponte, vel medicamentis intentus, aut si secutus est, & tamen omnia non contulit, nec repletio æqualiter est depulsa, soluendus m est venter aut cũ clisteribus, aut cum medicamento suauiter soluente, etsi

m Quid faciendum quando vomitus non iuuat.

etsi humor fuerit calidus (quod arbitror intellexisse per verbum, calfactum) vtendum medicaméto, quale est triphera, aut sacharũ ex rosis persicis concinnatum.

Pro cuius literæ explicatione aduertendum est tripheram sarracenicam intellexisse Auicennam hoc loco, cuius descriptioné Mesues, & Nicolaus in suis antidotarijs attulerunt, hæc enim ad [n] stomaticos, hepaticos vtilis est, & eius dosis debet esse ieiuno ventriculo à dragma. j. vsque ad iij. Præterea animaduertendum [o] supra sacharum Alexandrinum, casiam fistulam, & alia minorantia medicamenta, quæ ad ventrem soluendum accipiuntur, non esse dormiendũ quia omnino à calore naturali vincentur, & in corporis nutritionem commutabuntur, vt elicitur ex Auicenna quarta primi cap. 3. idem est obseruandum in medicamentis catharticis, in quibus adest multum de vi deleteria, & sic intelligendus est Paulus [p] lib. 7. cap. 6. §. sũmatim in omni purgatione efficaci &c. Nec somnus est conciliandus quãdo vomitoria medicamenta sunt propinata nam tunc fient deiectoria vt est docta Hippocratis sententia lib. 4. [q] aph. oportet auté medicamentum vomitorium simul exire

n Triphera ad quos morbos sit vtilis.

o Super benigne soluẽtia nõ esse dormiendum.

p Paulus li. 7. c. 6.

q Hi. li. 4. aph. com. 14.

cum humoribus purgandis, vnde scies egregie Plinium [r] libro 15 suæ historię eleborũ duci fortissimo comparasse: hic velim animaduertant medici praxin exercentes grauissimũ errorem, quem multi medici non solum vulgares sed etiam alij multi in magno honore habiti committunt, sacharum Alexandrinum [s] statim à prandio exhibentes, qui omnes, (vt olim nos literis consecrauimus.) hallucinantur non intelligentes illud diuinum [t] Hipocratis consilium in lib. de alimento, quo loco his verbis prædictos taxat medicos. In alimẽto medicina malũ. Hunc errorem intelligens Paulus [u] li.6.c. 4. reprobat illos, qui aloen vesperi, aut post cibum ad ventrem soluendum exhibent, an sam irrependi accepit hic error, ex [x] copiosa euacuatione, quam exhibito lenienti medicamento post cibum fieri conspiciebant quæ certe euacuatio nõ erat humoris attrahẽdi, sed cibi corrupti, [y] attractio enim humoris peccãtis cibatione impedit, nisi viriũ [z] imbecillitas, & ventriculi timeatur, nam tunc optimum erit exhibito pharmaco statim præbere micam panis vino madefactam vt suadet Auicenna fen. quarta primi cap. 5. idem faciendum est, si timet medicus

r Pli.l.15. nat. hist.c.5.

s Error vulgarĩũ medicorũ.

t Hi.l.de alim.

u Pau.l.6.c.4.

x Vnde irrepsit hic error.

y Cibatione impeditur expurgatio.

z Quando nõ est bibendum medicamentũ expurgans ieiuno omnino ventriculo.

bilis

bilis effusionem ad ventriculum. [a]Hippo-
crates lib. 2. de victus ratione in morbis acu
tis, tum vt medicamentum [b] ad fundum vē
triculi descendat, tum vt os, & gula ablua-
tur præcipit statim ab exhibito pharmaco
sorbendam esse pthisanam, cuius loco nos
hac nostra tempestate propter hæc omnia,
& [c] vt vis ac acrimonia medicamenti retun
datur, vtiliter propinamus ius pullicum sa-
charo dum tamen incipit purgatio somnus
& cibus prohiberi debent Hippocratis con
silio lib. 2 [d] de rat. victus tex. 13. & Auicen
næ sen 4. primi cap. 5. optimum tamen est
vt quando sacharum hoc Alexandrinum as
sumitur post eius acceptionem vna, [e] aut
duobus horis interiectis cibatio detur,
ne in sanguinem à natura conuerta-
tur, & de purgatione frustretur medicus:
hæc eleganter, vti plæraque omnia nos-
docebat diuinus ille Galenus lib. 2. [f] de ali-
mentorum facul. cap. 31. cuius verba non pi
guit mihi scribere, nec tibi debet pigere au-
dire: cocta autem in melicrato in quo plus-
culum sit mellis aluum admodum deijciūt,
etiam si quis sola ipsa sumpserit, & multo
magis, si post ipsa melicratū sorpserit, pers-
picuum autem est, quod ad aluum deijcien

a Hip. lib. 2. dē vic. acu com. 12.

b Quare Hip. sno tempore statim ab exhi bitione pharmaci pthisanā porrigebat.

c Ius pulli vtiliter quādo detur.

d Hip. l. 2. cit. text. 13.

e Quid sit faciendum post Sach. Alex. deuoratum.

f Considerāda sunt verba ga. l. 2. de ali. fac. c. 31.

dum confert post sumpta ipsa vinum dulce adhibere, temporisque aliquid interponere, non autem statim prandere, hæc Galenus de prunis loquens, quæ ventrem deijciunt.

ET ex eo, quod est conueniens sumere est aloes post tale, qualis est cibus hic ad magnitudinem trium cicerum, aut mediã drach. aloes, & mediam drach. masticis, & sextam partem baurach.

SCHOLIA.


E aloe egit Auicenna lib. 2. tract. 2. c. 57. vbi tres eius species constituit, & Galenus sæpissimè illius fecit mentionem, & g Dioscorides particulare illius conficit caput lib. 3. c. 22. qui omnes illi facultatem soluendi tribuerunt, & præditam esse certa h amaritudine testantur, qua lumbricos interimit Mesues vir, cui omnes plurimum debemus, fatetur esse i ex nobilioribus solutiuis medicamentis, quia solum non nocet, sed potius partibus indit robur & firmitatem, & cætera medicamenta solutiua rectificat, & sic li.

g Dioscorides l. 3. c. 22.

h Quare aloes lumbricos interimit.

i Mesues ponit aloen solutiuũ nobile.

6. de

6.de k sanitate tuenda cap. primo medicamentum ex aloe concinnatum ad soluendos humores in ventriculo redundantes vehementer laudatur, inter omnes species aloes præfertur succo citrina, nigra vituperat, solet l aloes adulterari, & Dioscorides docet quo pacto adulterium posit cognosci, Mesues suadet, ne tempore hyemali m aloe epota vtamur, quod videtur falsum cũ potius fugiendum sit tempus calidum, etenim Aloes calida est in 2. gradu, & in 3. desiccat. Nihilominus verum est illud, quod edocuit Mesues, vt Musa n eleganter explicat libro suo examinum simplicium agẽs de aloe, hyeme enim corpora sunt calidiora intrinsecus, quã in æstate vt depromit o ex l. 1. aph. 15. quare peritissime à tanto viro illud est literis proditum ad eius exhibitionem fugiendum esse tempus hyemale: caput mundificat, ventriculum abstergit, vt videre est apud Galenum cap. de aloe libro de medicamentis catharticis, & lib. 7. p methodi cap. 11. vbi docet leniter purgare, & multo lenius eam q hoc efficere, quæ elota, quam quæ elota non est, quod similiter ab eodem Galeno est scriptum libr. 3. r de simplicibus medi. illa non est exhibenda se-

k ga. libr. 6. de sa. tuen. c. 1.

l Aloes potest adulterari, & quomodo adulterium detegatur.

m Aloe nõ est vtendum hyeme.

n Antonius Musa bresanolus.

o ga. & Hip. l. 1. aph. 15.

p Gal. li. 7. metho. c. 11.

q Aloes lota lenius expurgat illota.

r gal. l. 3. sim.

cundum Gal. consilium senibus, qui habét ventriculum siccum, vt constat ex libr.[f] 5. de sanitate tuenda.

f ga. l. 5. & val. c. 7.

Non est tamen hoc loco omittendum illud quod passim legimus de aloe apud Mesuen,[t] quando ora venarum aperire, fluxũ sanguinis concitare asserit, quod etiam videtur colligi ex Galeno,[u] qui in opere sim. med. ca. de aloe de illa dicit discutere, quod autem discutit rare facit, & aperit, Mesues authoritate nonnulli adducti eius vim extimescunt, in illis,[x] qui hæmorroidas, aut sanguinis reiectationem patiuntur, in qua etiã sententia fuit Serapio , & inter recentiores Antonius Brasauola, qui censet ex quadam insita virtute, cuius causam ignoramus, hoc effici ab Aloe, seque hoc experimento[y] cognouisse fateatur in nobili & magnifico Nicolao Tassono , qui vbi Aloen sumebat, aut medicamenta ex aloe confecta semper illi ora venarum aperiebantur,[z] Manardus vir peritissimus lib. 9. suarum Epist. Mesues & Serapionis sententiam repudiat, quoniã Dioscorides[a] lib. 3. cap. cit. & Galenus lib. 4. methodi cap. 4. ad cohibendum fluxum sanguinis medicamenta parant ex aloe tanquam emplastica, quare cum Arist.[b] senten

t Mesues li. de sim. c. prop.

u ga. li. 6. sim.

x Extimescendus est vsus Aloes in quibus.

b Nota Mosæ historiam.

z Man. l. 9. ep. ep. 5.

a Diosc. li. 3. c. 22.

b Lib. 7. phys.

tia

tia mentis inertiæ sit rationem sequi in his, quæ sensu apparent, dicimus inter Meluen, & Galenum sic posse discordiam sedari.

Pro quo [c] aduertendum est ex Gal. lib. de theriaca ad Pisonem cap. 4. vnum & idē medicamentum diuersas posse habere facultates, si intus assumatur, & extra ponatur, hoc clare constat ex eodem Galeno lib. 3. [d] de tem. c. 3. vbi docet sinapi, allia, cæpas intus deuorata non inflammare, quod tamen efficiunt partibus externis apposita, aloes igitur extrinsecus adhibita obturat, & constringit, intus vero assumpta sua caliditate & acrimonia vasorum orificia aperit, an [e] tamen hoc moliatur per se, an per accidens non exigua est hæsitatio Galenus enim l. 6. aph. 47. videtur sentire ex accidēti hoc facere propter acrimoniam humorum, qui expurgantur venarum ora mordicantes, quæ sunt in ano, illud enim quod per se venarū orificia debet aperire Authore Galeno, [f] oportet habeat crassam, & terrenam substātiam ac igneam, qua caret aloe, si quidē solum manifeste calefaçit.

c Vnum & idē medicamentū varias posse vires sortiri.

d Explicatur ga. pro. l. 3. de tem. c. 3.

e Vtrū Aloes hæmorragiæ sit, causa per se, an per accidens.

f ga. l. 5. simp. c. 15.

Est tamen hic alterum dubium, quia Galenus illi li. 6. [g] simplicium cap. prop. tribuit facultatem educendi è ventriculo hu-

g al. l. 6. simp.

mo-

mores biliosos,& non expurgare crassos,& viscidos,quo docuit similiter lib.8.[h] de cõpositione secundum locos cap.2. & lib. 6. de valetudine tuenda cap.10.[i] Mesues autẽ & Aui.in 2.can.scribunt non solum bilem sed etiam pituitam,& humorem melancholicum expurgare.

h Ga.libr.8.de com.sec. loc. c.2.

i Alterũ dubiũ

k Dubijsolutio

Placanda [k] est hæc seditio dicẽdo aloẽ non solum bilem sed etiam alios humores educere,si sint in ventriculo,aut intestinis, Galenum autem non sic fuisse locutum,vel dic aloen humores biliosos faciliter extrahere,cæteros autem negligentius , quia eos sua caliditate,[l] & siccitate crassiores reddit, ac proinde ad excretiones minus habiles,iecur non transcendit eius vis purgatoria vt constat ex l.8.de compositione sec.loc. ca. 2.[m] nec obstat,quod Mesues & Auic. dicãt caput expurgare,& humores pituitosos ab articulis semouere,hoc enim per accidens efficit,nam dum pars aliqua laborat per cõsensum vẽtriculi,si expurgatur, & corroboratũ vẽtriculus,affectus desinit & hęc est causa ob quã necesse est in morbis [n] per cõsensũ mortis partẽ primo affectam curarevt quotidie in praxi efficimus, & Galenus docuit lib.

l Quatenus expurget aloes.

m Explicãtur Mes.& Aui. dicentes aloen expurgare.

n In morbis per consensũ factis , quæ pars prius sit expurganda.

lib.6.de sanitate tuenda cap.10.& libro.7. methodi cap.11.& hoc est quod peritissime ipse Galenus dicebat lib.artis medicinalis cap.85.vnamquanque causam &c. Aloe o optima erit pinguis,glutinosa, friabilis digitis,facileque liquescens,ex rubro ruffa,hepatis modo coacta,& intus foueata, proinde grauis non admodum,bono odore mirram æmulante licet planta tota odore sit retro eximiæ amaritudinis,sincera,nitida, träsparens,arenularum , & calculorum expers qualis est Indica,hæc de electionibus Aloes Iacobus Syluius lib.suo primo de sim. me. ex Dioscoride & Mesue transtulit. o Quę sit aloes optima.

Aui.in 2.p canone tractatu.2.cap.78. dicit Barauch esse fortius sale,& esse ex genere virtutis eius,& melius esse Armenium leue,laminosum,frangibile spongiosum albũ aut purpureum,aut roseum mordicatiuum: calidum censetur in fine secundi,& eius siccitas fortassis ad tertium declinat , abstergit fortiter,lauat, & incindit humores crassos Arabice sic appellatur,gręcè Aphronitrum, & vt ex Auicenna colligitur, est spuma nitri Dioscorides in eadem videtur esse sententia q lib.5.suæ materiæ medicæ, quo lo- p barauch quid sit, & quod sit melius. q Diosc.l.5.ca. 78.

co

eo recenset vtilitates huius medicamenti, quas breuius & expeditius Mesues [r] proprio capite de simplicibus medicamentis scripsit dicens in confectionibus, & medicinis, & clisteribus & suppositorijs administrari, & à partibus longinquis, ac remotis humorem pituitosum, & si crudum & viscidum sua solutione educere, præsertim à ventriculo si cum melle exhibeatur, confert deniq; stomachi dolori, & quocunque [s] modo administretur colicam flegmaticam, & ventosam iuuat, præsertim si per enema cum oleo rosaceo ac rutaceo, vel aqua decoctionis rutæ inijciatur, ex eodem medicamine cum ficubus & stercore mulæ pro hydrope emplastrum conficitur, falluntur qui nitrũ, & Aphronitrum non distingunt non animaduertentes Galenum lib. 3. [t] de compositione secundũ locos & libr. 11. eiusdẽ operis prope finem diuersa hæc esse dixisse, in qua sententia aperte fuit Dioscorides [u] loco cit. & Plinius [x] li. 13. nat. hist. c. 7. 8. 9. 10. Ruellius supra Dioscoridem asserit nitrũ & spumam nitri (quorum apud veteres amplissimus fuit in medicamentis vsus) nec agnosci, nec hodiè ad nos asportari, aitque [y] Salnitrum, quo in bombardarum & tormẽtorum

r Vide Mes. in sua praxi c. de colica.

s Alex: Trall. l. 10. c. de colica nitrum Alexandrinũ cum aqua rutæ pro colica admirabile remediũ esse scribit.

t Ga. lib. 3. de comp. secundum loc.

u Dios. l. 5. ca. 78.

x Pli. l. 13. hist. c. 7.

y Salnitrũ nostrũ quale sit.

torum pulueres vtimur, & ad conficiendã aquam fortem ad disgregandũ aurum ab argento, nitrũ, non esse, quod Theophrastus, Dioscorides, Galenus & Plinius descripserunt, [z] reprehendit insuper Ruellius eos medicos, qui cum sua audatia eo procedũt, vt veri nitri succedaneum in medicina faciant, laudat Auicenna hoc loco pro hac intentione, cui conatur in præsentiarum satis facere therebinthinam, de qua statim Syluius [a] lib. 1. de simpl. medicamentis docet sibi non placere salem petræ in medicinis pro nitro, admisceri, aitque se malle nitrũ candidum, quod illi ex agro Nauarræ datũ est minimum salsum, sed quia meminit Aui. hoc loco masticis vtile erit, scribere, quæ sit magis eligenda, Dioscorides, & Mesues, necnon Galenus masticen laudatissimam esse astruunt [b] fulgore quodam ignis splendidam, candore ceræ tyrrhenicæ, amplam, retorridam, friabilem, stridentem friando odoratam, minimũ acrẽ, Chiam. i. ex Chio insula, deterior [c] est viridis, & nigra Ægypsia dicta, aut Pontica bitumini nigredine similis, calida & sicca est in 2. parũ astringẽs.

z Veri nitri verum succedaneum nõ posse dari.

a Syluij opinio

b Quæ sit optima mastix.

c Quæ sit deterior.

ET ex eo, quod est leue est sumere ex therebentina secundum quantitatem duo-

duorum cicerum, aut trium, & est cum ei admiscetur, quantum aut minus ex baurach.

SCHOLIA.



Ro hac eadẽ re optima est terebenthina in quantitate duorũ, aut trium cicerum, Auic. hic aduertit medicamentum esse leue, quod similiter ostendit [d] fen. 3. primi doct. prima cap. 3. vbi infantibus, qui ventrem habent strictum terebentinam secundum quãtitatem vnius ciceris iubet exhiberi [e] Gale. lib. 5. de san. tuenda cap. 9. eandẽ terebenthinam senibus ventris stricti iubet dari ad ventrem soluendum. Amatus Lusitanus in prima cen. curatione 63. pro articulari [f] morbo & nephritide laudat eam in nucis magnitudine singulis diebus ieiuno stomacho sacharo admistam deglutitam. Antiqui pro aluo subducenda vt constat ex locis cit. frequentissime ea vtebantur: Neoterici (vt idẽ animaduertit Amatus [g] in suo Diosc. lib. primo cap. 75.) pro renibus expurgandis ac alijs intentionibus complendis in vsum trahunt, & non immerito, quoniam vrinam mouet,

d Aui. fe. 2. 2. doct. 2. c. 3.

e ga. l. 5. de sa. c. 5.

f Ad morbum articularem & nephritidẽ terebentina laudatur singulo mane sumpta.

g Amatus in suo Diosc. l. 1. c. 75.

mouet, ciet & ventrem expurgat, præstantior est quæ fit ex terebintho, & eam [h] Galenus resinam terebenthi appellat, & libro de simp. medi. cap. de resina, resinam ex terebintho [i] optimam esse dicit, & præfert eã quæ candore, & munditie prædita est, & quæ pellucida & vitro similis apparet [k] repudianda est, quæ fit ex larice, quæ apud Itaলas gentes non terebinthinam, sed largam, quasi laricam appellant ex larice factam: vera ex Cypro Venetias adfertur, & vt commodius vehatur eam coquunt, & in massas rotundas veluti placentas congerunt. [l] Galenus summè extollit Chiam libro primo de Antidotis, Andromachus Lybicam pręfert, Iulius Alexandrinus medicus Mathiolo antea nõ visum terenbinthũ arborẽ in Italia in monte Castri Tridentini ostendit, quæ omnimodo Theophrasti terebintho responde bat.

h Ga. l. 5. 8. fa. cap. 9.

i Optima terẽ binthina ex terebentino, quæ fit.

k Repudiatur ex larice.

l Quam terẽ binthinã gal. laudat.

ET ex eo, quod conueniens, & vehementer laudatum est, parum epithimi cum vino solet esse.

SCHOLIA.



Pithimi potum commendat cũ vino Auicenna, & illius proprietates, ac veram electionem descripsit in 2. cant. cap. 229. vbi epitimum cretense m & ad rubedinem decliue optimum esse docet, Mesues in suo opere de simplicibus medicamentis cap. prop. etiã Cretense prefert, inquitq; esse ex herbis supercrescentibus alijs herbis cũ sit calidũ & siccum in 3. gradu aut. Galeno li. 6. n simplicium concitat, & æstuationem molitur, & hæc est causa propter quam Mesues eius vsum in æstate prohibet; humorem melancholicum educit, & atram bilem, si fides est habenda eidem Galeno lib. de theriaca ad Pisonem, & lib. de catharticis medicamẽtis, vbi præter hanc facultatem, quam illi attribuit, aliam in illio concedit dari incidendi, & extenuandi crassos humores, & lentos Gal. lib. de Dinamidijs ca. proprio cum oximellite præbet, quæ administratio siue atra bilis, siue humor pituitosus sit extrahendus magis, arridet.

m Quod epit. ñ. melius.

n ga. l. 6. simp.

o Quæ sit epit. natura.

o Non exigua tamen controuersia solet

esse

esse inter herbarios, & medicos de natura epithimi, an sit flos thimi, an aliquid aliud, quam controuersiam pro viribus elucidabimus, vt inde constet medicis quo epithimo sit vtendum, Ansam dubitandi, & occasionem præbuit p Dioscorides, qui in li. 4. sui operis cap. 149. asseruit epithimum esse thimi florem, Plinius q in lib. 27. scribit epithimum sine radice nasci rubens tenui similitudine pallioli, nascique circa thimum, & inde epithimum appellari, & hoc est, quo nũc vtimur: nascitur quidem circa thimum tanquam capillamenta quædam, & inuolucra, eodem modo quo cuscuta circa linum exoritur. r Dubium est igitur an nostrum epithimum sit illud *D*ioscoridis libro quarto, & in primis videtur nostrum epithimum non esse f Dioscoridis, quia ipse in libro 3. egit de thimo, & si flos thimi est epithimum, certe de illo in eodem libro tertio erat acturus, vt tractandi ordo bene procederet, præsertim cum Dioscorides rerum naturalium non exiguus indagator, nunquam de herba in vno libro, & de flore eius in altero disputet. Adde Dioscoridẽ dicere loco ci. epithimum t à Romanis inuolucrũ nominari, quod nomen cũ flore thimi non

p Dioscorides l. 4. c. 149.

q Pli. l. 27. ca. 8.

r Vtrum nostrum epithimum sit Diosc.

f Diosc. l. 3.

t Inuolucrum à Romanis dicitur, epithimum.

quadrat, nostrum enim epithimum est tam quam capilli inuoluti, & multo magis dices nostrũ epithimũ ab epithimo Diosc. esse diuersũ, quia tex. Diosc. in l. 4. c. cit. ita legit, epithymũ flos est è thymo, & quod epithymũ Diosc. nostrũ sit videtur deduci, quia ipse Dioscorides in lib. 3. meminit thimi florũ, inquiens, esse πορφυριζοντα. i. purpurascẽtem, & de Epithimo Dioscoridis hæc verba sunt, capitula tenuia, leuia in eis caudiculas, quasi capillamenta, quæ in nostro epithimo cernuntur, ex quibus colligendum est Dioscoridem nostrum epithimum descripsisse, & ad ea, quæ pro alia parte afferebantur, respondendum est in contextu v græco nõ legi quemadmodũ in latino, græcè enim sic legitur επειτυμον θευμου εστιν αυτος, quæ verba latine perperam Hermolaus x Barbarus est interpretatus, cum debuissent sic verti, epithimum thimi est flos. Ad aliud dicendum nihil obstare, quod in vno libro de herba, & in altero de flore agat his accedit, quod virtutes, & proprietates, quas medici tribuunt epithimo in flore thimi reperiuntur, vt videre est apud Dioscoridem, & Plinium y lib. 26. cap. 8. nec arbitror sententiam peritissimi Manardi z esse am-

v Quod contex. grecus nõ legit vt latinus de epithimo.

x Taxat Hermolaus Bar.

y Pli. l. 26. ca. 8.

z Carpitur Manar.

plectendam dicentis, epithimum Mesues diuersum esse ab epithimo Dioscoridis, & Plinij, qua in re non semel, sed bis hallucinatus est, cum hæc diuersa esse sibi persuaserit [a]Mesuen increpat de Dosi eius dicens Dioscoridē tantū iiij. Drac. exhibere, cum atrā volumus bilem expurgare, si ordinatur epithimus flos thimi satureiæ similis sumendus est, si apud nos esset, vt egregiè animaduertit Antonius Musa in suo lib. de examine simplicium, & loco ipsius potius flores thimi nostri sunt accipiendi, nec sunt illa capillamenta omittenda. Syluius [b] lib. suo primo simp. medicamentorum tradit epithimum græcorum quid sit, nondum esse compertum, nisi sit flos satureiæ picardæ vulgo gallicè dictæ perpetuò virentis.

a Manardus Mesuen carpit de Dosi epithimi

b Syluij opinio

QVod si nihil horum suffecerit, dormiat somnum longum, & die vna à comestione abstineat, & si alleuiatus fuerit, balneet se, & pannum calidum ventri superponat, & nutriens subtiliet.

SCHOLIA.



Postquam [c] ventriculi repletionem conatus est extirpare varijs ac multis medicamentis, benigne soluentibus, docet nunc quid

c Quid sit faciendum quādo alia nō prosunt.

sit faciendum, si ea non concontulerint, in quitque longo [d] somno vtendum esse, & à cibo per vnum diem esse abstinendum & si melius æger se habuerit, debere se balneare, quia [e] per balneum humores ad cutẽ transmittuntur, vt ipse Aui. docuit 4. primi cap. 5. & Galen. multo ante illud idẽ docuit lib. 6. Ep. sect. 5. tex. 29. vtilissimum erit subtili victu vti, quia debili agenti calori talis victus tenuis & subtilis offerendus, similiter [f] operæ pretium erit ventriculum ac ventrem panno calido fouere, aut oleis aliquantulum calidis, & constringentibus easdem partes roborari, fere idem præceptum docuit supra in §. & si in aliquo die superfluxerit.

d Vide Hip. & Ga. l. 4. de ra. vict. tex. 105. & 106. & 107. & 108.

e Ga. l. 3. aph. com. 15. & li. 4. de sa. c. 6. & 11. met. c. 20.

f Vide l. 1. de diff. febriũ c. 3

Iure [g] optimo hęc Au. suadet, quia vt supra inculcauimus, & nũc nouiter dicemus inter omnia, quæ maximè prosunt ad alimẽtorũ coctionẽ, est sõnus, & sic Gal. nõ immerito protulit l. 3. [h] prog. in sen. 1. somno lõgiori ac profundo pueros aliquãdo [y] fuisse à magnis morbis in pristinam sanitatẽ reuocatos & subdit quia per somnũ melius humor peccans à natura vincitur ac superatur, in eadẽ fuit sententia idẽ Gal. [k] li. 3. de causis pulsuũ cap. 9. & lib. 1. de sympt. causis c. vltimo

g Quãtum valeat sõnus ad coctionẽ cibi.

h ga. l. 3. prog. 1.

y Pueri possũt habere crises in morbis per somnum.

k ga. l. 3. de cau. pul. c. 9.

prop

propter hanc causam Hippoc. lib. 1. aphor. 15. hyeme copiosiora suadet alimenta, in somno enim calor intro colligitur, si fides est habēda Hip. [l] l. 6. Ep. sec. 4. sed quia de sō no facta est mētio, & Gal. docet. l. 1. de sym. cau. c. 7. nō solū in vētre sed etiā in tota animalis mole alimenta tempore somni optime concoqui. Queritur an [m] tempore somni meliores cerebro etiam fiant coctiones: pars negatiua probatur quia Galenus lib. 2. aphor. coment. 3. docet somnum fieri refrigerato primo sensorio, affirmatiua [n] probatur ex loco supra citato, & ex lib. 3. de caus. pulsuum ca. 9. vbi manifestissimè assertum est in tota animalis machina tempore somni fœlicius coctionē fieri & ad locum Gale. [o] quo videbatur colligi opposita sententia, dicendum est somnum naturalem non fieri refrigerato primo sensorio, sed somnum morbosum, & præter naturam, vel dic in somno naturali cerebrum non affici tanta frigiditate, vt illa coctionē possit impedire poteris etiam occurrere, quod in principio somni cerebri, & totius corporis calor redditur imbecillior, qui postea cū fiat vegetior tū quia fruitur alimēto, tū quia spiritus antea producti retinent, & alij de nouo producti

l Hip. l. 6. Ep. sec. 4. tex. 13. & 16.

m Quæstio.

n Pars affirmatiua quæst. probatur.

o Gale. locus explicatur.

ſunt, calorem naturalem adiuuantes quis erit à medica facultate adeo alienus, qui non ſentiat meliores tunc celebrari coctiones, vt etiam præter alios medicos rectè nos docuit Paulus lib. primo cap. 97. Nec obſtat ſi dicas in catarris, & capitis diſtillationibus ſomnum longum vituperari, qui non debuiſſet renui ac repudiari, cũ ſomnus cerebri coctionem adiuuet, qua iſti humores catarrum committentes indigent, in catarro ſomnum longum vituperari nec conuenire, liquet ex Auicenna fen. 5. 3. tract. primo cap. 13. §. & vigilet quantũ poteſt, quod etiam aſſeruit Celſus lib. 4. cap. 2. & Paulus, atque Aetius, & nos ad vnguem explicauimus in Tractatu illo, quem de catarro epidemico hoc Anno 1580. in menſe ſeptembris, & octobris magno cum totius Europę malo ſæuienti ad Illuſtriſsimum ac ſapientiſsimum D. ac Dominum Diuum Petrũ Garciam Galarzam Epiſcopum Caurienſem miſimus. Nihilominus dicendum eſt per ſomnum in cerebro meliorem fieri coctionem, vituperari tamen in catarris, quia

P Quare ſomnus in catarris & diſtillationibus vituperetur.

P vel eſt longus, vel breuis eſt, ſi breuis: efficit ne coquantur humores, patet ex Ga-

le-

leno lib. 12. met. cap. 3. vbi in cruditate humorum somnum vigiliæ asseruit debere esse proportionatum, si lõgus est: nocet, quia sua longitudine prohibet, ne humores euacuentur, somnus enim teste Auicenna 2. primi doct. 2. c. 13. omnes cohibet euacuationes dempto sudore, quem magis prouocat, & hac ratione intelligendus est Galenus lib. 3. de facultatibus naturalibus cap. 11. quod etiam colliget ingeniosus medicus ex cap. 13. eiusdem lib. quando dicit facultatem expultricem non operari ex lege naturæ, nisi post coctionem, ex his, quæ dicta sunt depromi potest, q Arist. perperam sibi persuasisse cor somni causam, quia hoc in somno impeditum non est, nec naturalis ipsius operatio cessat, cum ab omnibus sit in confesso in somno cordis actionem ac pulsum, propter caloris ad interiora reuocati copiam, quam in vigilia esse robustiorem, fuit illius erroneæ opinionis causa Aristot. quia credidit cor sensuum esse principium primumque sensorium, hallucinati sunt etiam multi ex recentioribus, qui hoc Aristot. dogma tueri sunt conati, illi enim quanuis ad id multas excogitauerint rationes, Galeni argumentis libro primo de

q Ar. carpitur.

ſymp. cauſis cap. 7. adductis, quibus Ariſto. carpit non potuerunt reſponde, quorum primum eſt quod oppleto cerebro, & non corde prima ſentiendi vis quieſcat, & ſomnus non corde impedito, aut ceſſante fiat. Nec leuior pro hac Ariſt. opinione explodenda eſt illa ratio experimento confirmata ac ſtabilita ſcripta à Galeno lib. 3. de locis affectis cap. 5. vbi docet ex Archigene vetuſtiſsimo medico in graui ſopore ac veterno lethargo capiti remedia adhiberi, quæ pectori applicita non poſſunt prodeſſe, prodeſſent tamen ſi ſomnus fieret in corde & cor eſſet primum ſenſorium, vt ſummus Peripatheticus Ariſt. philoſophiæ princeps eſſe exiſtimauit lib. de ſomno, & vigilia cap. 2. & lib. 3. de hiſtoria animalium capit. 3. & lib. 4 eiuſdem tractationis capit. 5. nec non lib. 3. de partibus cap 3. & 4. & lib. 2. eiuſdẽ operis cap. 8. & lib. de communi animalium motu cap. 5.

r Quod ſit primum ſenſorium.

Sed r quæres occaſione eius, quod diximus cor non eſſe primum ſenſorium, quod nam illud ſit? Reſpondemus primum ſenſorium ſecundum noſtri Galeni placitum eſſe cerebrum, ſ hoc enim eſt ſenſus principium lib. 3. de vſu part. libro de conſtitu

ſ Gal. opinio.

ſtitutione artis medicæ, lib. de ſemine, nec non libro quinto de locis affectis cap. 3. libro. 2. de placitis Hippocratis & Platonis, 6. epid. ſect. 5 text. 2. & propterea cum ab illo in omnes partes ſenſus & motus distribuatur, in quo apparet vis animæ, ipſa anima pro ſuo domicilio cerebrum habet, vt conſtat ex lib. 9. de vſu partium, & libro primo de ſanitate tuenda capit. 13. hoc quidem aſſertum ſimiliter eſt lib: 3. de locis affectis cap. 7. in §. rationi [t] conſonum videbatur animam in cerebri corpore ſedem habere & cæt. hoc igitur pro firmo & vero ſemper ſumus amplexati cerebrum eſſe primum ſenſorium, nec tamen illud adeo eſt ſcitu facile, vt non ſint aduerſus iſtam doctrinam aliqua teſtimonia, quæ non cerebrum ſed ſenſum communem præcipuum ac primum ſenſorium conſtituant, cuiuſmodi eſt illud, quod adducitur ex [u] Ariſt. lib. 3. de anima cap. 2. vbi Ariſt. contendit ſenſum communem eſſe primum ſenſoriũ, cui & noſter Gal. viſus eſt aſtipulari li. 7. de placitis Hip. & Platonis c. 8. quando primũ ſenſorium ſenſum communem collocauit, ad idẽ accedere videtur, quod ipſe Gal. ſeſorij primi ſymptomata referens, vigiliam & veter-

[t] Animę domicilium eſt cerebrum.

[u] Ar. opinio.

veterum vt facit Arist. loco cit. sensus cō-
munis symptoma esse astruxit, his testimo-
nijs multa alia nec minora poteramus adiū-
gere, quæ omittimus, quia speramus alibi
posse accōmodatius afferri & explicari, ad
x Arist. dicendum hoc illud sibi persuasisse
falso tamen: etenim per primū sensoriū nō
sensum qualis est sensus cōmunis, sed mem
brum intelliges & vas, in quo elucent & vi
gent cæterorū sensuū operationum initia,
Gal. dices non fuisse locutum ex sua sentē-
tia, aut sensum communē primū sensoriū ap
pellasse abutentē vocabulo, ac si diceret sen
sum communē inter omnes sensus esse no
biliorē ac proinde primū, etenim ad ipsū, vt
vult Arist. tanquam ad quendam centrum
& finem sensuum reliquorum externorū
functiones non aliter ac ad iudicem deferū
tur, vnde recte Themistius sensum hunc pri
mum ac principē vocandum non immeri-
to censuit, quod externis sensibus, seu famu-
latu multiplici, ac vario vtatur, ipseque in-
star regis, ac iudicis pro tribunali sedens
de omnibus, quæ quinque illi sensus suis
quisque officijs perfuncti annūciarint, pro
nunciat, iudicat, ac discernit, quod intelli-
gens Auerrous libr. 3. de ani. cōment. 149.

x Reijcit Ari. opinio.

re

se quidē vnum ac simplicem: functione vero multiplicem ex Arist. loco cit. esse dixit. Ad aliud quod ex Gale. & Arist. aduersus nos potest circumferri, occurrendum est ex Buridano lib. 2. de anima & ex Titelmano lib. 10. sui operis philosophici cap. 18. sic esse verè interpretandum, vigilia & veternus, sunt duæ affectiones sensus communis hoc est, sunt duæ affectiones seu passiones, quæ circa sensum habent fieri, nec enim in vlla specie inueniuntur somnus & vigilia, nisi vbi inuenitur sensus, nam plantas nemo dixit dormire, aut vigilare quoniam sensum non habent, cætera vero animalia sensum habentia, aliquando vigilare, aliquando dormire percipimus potuissem huic loco ex Gale. allato libr. 3. de sym. c. tertio respondere Thomam Linacrum Anglum interpretem sic legere, ad hæc etiam duo egregie, sopor, & peruigilium circa primum sensorium quod omnium sensuum est commune, consistunt, & cæt. quæ verba proculdubio sic sunt exponenda, sopor, & vigilia circa primum sensorium versantur, quod omnibus sensibus virtutem sensificam tribuit, & si ita Galenus explicetur, non erit ille sibi ipsi aduersus, qua prop-

propter cum hæc possimus pro hac firmanda assertione afferre, [a] miror neotericum quendam peritissimum his coactum Galenum hac in re destituisse, cum alias semper non solũ in suis com. supra l. lib. prog. ipsius doctrinã, mordic[us] teneat, & amplexet quod l. 1. prog. com. 23. folio 84. non est visus facere, nec obstat si aliquis dicat cerebrum non posse esse fontem sensus & originem, si quidem sensus est expers docente Gale. libro primo de causis symp. cap. & non obstat inquam quia vt Galenus loco citato docet cerebrum nõ est à natura fabricatum, vt sit sentiendi instrumentum sed vt sensuũ instrumentis vim sentiendi suppeditet, alioqui si quia nõ sentit, non est aptum impertiri sentiendi facultatem, similiter quia non mouetur motu arbitrario, motum arbitrarium tribuere non valeret, quod falsum esse omnes credunt, cum cerebrum non sit sensus, colliges ex his, quæ diximus, sapientissime peritissimum D. Brauum stomachari in acutissimum [a] Vegam qui locum Galeni libro de different. sympt. capit. 3. non assequens, nec alterum ex libro primo de placitis, cerebrum non esse aliud quam sensum communem, &

a Carpitur quidam neotericus.

a Vega taxatur.

sensum communem à phantasia non differe, dixit, quibus in rebus turpiter certè lapsus est, quis vnquam per Deum putauit hoc posse litteris tradi, nec dicit nam si Gal.[b] alicubi id fecit, improprie est locutus vtens continente pro contento, quo loquendi modo scio Dioscoridem vsũ fuisse lib. primo. capit. 25.[c] cum ait, Italos ob succi copiam & coloris venustatem cro cum tingendis mortarijs dedicauisse, hoc est tingendis cibarijs, quæ in mortarijs conficiuntur, hoc eodem loquendi Tropo Hispani sæpe vtuntur cum dicunt (*comimos la olla*) quasi dicerent, cibaria in olla cocta comedimus, sic est intelligendus quidam locus Platonis in [d]tymæo, quando ait cerebrum per neruos in singula sensoria penetrabit ad alterationes ipsorum persentiendum, quo in loco, vt Galenus significat libro primo de placitis Hippocr. & Platonis [e]non debemus existimare voluisse Platonem cerebrum ipsum per neruos deferri, sed à cerebro vim quandam emanare quæ neruis cæterisque partibus sentiendi est causa, hoc Galeni & Platonis testimonio coactus Christophorus [f] Vega illius sententiam non assecutus, conten-

b li. 7. de placitis. c. 8.

c Diosc. locus declaratur.

d Platonis locus.

e Quomodo sit Plato intelligendus.

f Taxatur Vega.

tendit perperam sensum communem à cerebro non distingui, quod quam falsum sit vos iudices estote. Nõ minus est absurdum alterum quod vult, nimirum phantasiam à sensu communi non esse diuersam, & absurdius profecto est virum illum alioqui acri & subtili ingenio præditum abiecta quadam & futili ratione hanc Galeni, Hippocrat. Platonis, summique Aristot. receptissimam doctrinam vltro conari euertere, quando quidem omnes alicuius nominis philosophi hæc diuersa esse decreuerunt, vt etiam fecit Fernelius lib. 5. Pathologiæ cap. 1. & 2. & Valeriola medicus ac philosophus præstantissimus, habent quidem sensus communis, & phantasia operationes non solum diuersas, sed plane cõtrarias considerat enim sensus communis species præsentes sensibiliũ, prout præsentes sunt, phantasia considerat easdem in absentia rerum, ac si tales essent præsentes, adde hinc clare patere differentes esse facultates, quia vna impeditur non impedita altera, in somno quippe quo impeditur sensus communis, quo tempore tantũ abest, vt tunc sit impedita phantasia, vt tũc tẽporis magis exercitetur & in suos actus prorũpat liberius ac frequen

frequentiùs, vt ostendunt quotidiana in somnia, in quibus res vt præsentes, etsi sint absentes imaginantur, vt ostendunt verba Maronis lib. [g] de Didone amante, quæ sic se habent.

g Vergilius lib. 4.

Hæreut infixi pectore vultus, verbaque
Illum absens absentem auditque videtque.

Sic [h] Claudianus scripsit verè ac eleganter.

h Claudianus.

Omnia, quæ sensu voluuntur vota diurno
Tempore nocturno reddit amica quies.

Dubium similiter est vbi istæ facultates & cæteræ resideant. Etenim [i] Galenus lib. Artis medicæ capi. 12. asserens ingenium, & tarditatem intellectus modum substantiæ cerebri comitari, videtur sentire has facultates per totam cerebri substantiam existere, ac diffusas esse, & quod maius est ipse lib. 3. [k] de locis capi. 7. in principio affirmat, non in ventriculis, sed in celebri corpore residere imaginandi, ac cogitandi potentiam, rursusque lib. 2. [l] de motu musculorum capit. 6. ait eandem partem imaginari, & rerum species conseruare, quod non de eadem potẽtia (vt multi fecere) est intelligendum, sed de eadem parte cerebri.

i Locus Gal. libr. Art. med. c. 12.

k Locus Gal. libr. 3. de loc. cap. 7.

l Locus Gal. libr. de mot. musc. c. 6.

Altera pars quæstionis probatur sic. Si istæ facultates non haberent proprias sedes

propriaque domicilia, quo pacto fieri posset vt vna læsa altera integra maneret? Item potentiæ sensitiuæ exteriores diuersa organa requirunt ad sua opera exercenda & propterea locis seiunguntur, ergo eodem modo potentiæ principes expostulabunt diuersa organa, & diuersis partibus illæ erunt sitæ ac collocatæ. Huic opinioni videtur fauere Galenus libr. 4. de locis capitu. 2. cum inquit læsa anteriori cerebri parte necesse esse supremum ventriculum consentire.

m Aetiũ quaternione. 2. serm. 2. cap. 2.

Pro solutione huius quæstionis Aduertendum est Aetium [m] quaternione. 2. ser. 2. capi. 2. soluere istam difficultatem collocando in ventriculis anterioribus facultatem imaginandi, in medio cogitatiuam, in postremo memoratiuam, quam sententiam defendit Auicena [n] in prima primi doct. 6. capitu. 5. & prima tertij tract. primo capitu. 2. eandem defendunt fere omnes philosophi, & nouissimi quidam li. primo. prog. hyp. comment. 23. quorum [o] omnium sententia nunquam mihi arrisit, parcant illi ridiculum nanque est hanc velle doctrinam amplexari. Galenus libr. 8. de vsu part. capitu. 10. ventriculis anterioribus disse-

n Auic. in prima primi doctr. 6. cap. 5.

o Taxantur Aet, & Auic. & Brauus.

differens, & de eorum vtilitate dicit esse factos ad expurganda recrementa, quæ du cuntur ad nares, ad inspirationem, & expirationem cerebri, & ad properationem & generationem spiritus animalis, nulla facta mentione, quod ibi imaginatio exerceatur, & quod non possit ibi exerceri confirmatur, quia in ventriculis propter perpetuam generationem, & distribuitionem spiritus animalis semper est assiduus motus, qui perfectam specierum receptionem impediet, nam omnes confunderentur, quare iudicamus probabiliorem esse sententiam facultates principes residere in tota cerebri substantia, & in qualibet illius parte suas actiones exercere presertim cum cerebrũ sit fere in omnibus partibus eiusdem temperamenti, & eiusdem substantiæ.

Ad primum Argumentum dicendum est has facultates omnes in vna & eadem parte cerebri reperiri, lædi tamen alteram altera integra manente, quia cum non omnes eundem statum temperamenti requirant, fieri potest vt status temperamenti ad hanc facultatem requisitus vitietur, altero statu alterius facultatis

 saluo

ſaluo & bene diſpoſito exiſtente ad ſuam operationem exercendam, quemadmodũ facultates naturales ſe ſe habent, quæ quãuis omnes in vna, & eadem parte dentur, contingit nihilominus propter hanc ſtatus temperamenti varietatem lædi vnam altera cum non lædatur, vt conſtat in facultate expultrice, & retentiua eiuſdem membri ſiccioris facti, quod habet expultricem facultatem læſam ob defectum humiditatis, qua iſta vis iuuatur, & in illo retentrix facultas validior eſt, ac vegetior propter maiorem ſiccitatem. Intellige niſi vitium ſit immodicum, nam tunc omnes illæ læduntur ſimul, vt colligitur ex Gal. [q] lib. 2. aph. 20. & 3. de ſympt. cau. cap. 2.

[q] Gal. lib. 2. aph. 20. & 3. de ſympt. cauſis cap. 2.

Ad aliud argumentum reſpondet Farnelius [r] lib. 5. ſuæ phyſiologiæ cap. 20. dicens eſſe diuerſitatem inter has facultates internas, & externas, quia illæ à ſolo cerebro fiũt citra diuerſitatẽ organorũ, & ſolũ indigent (quia ſunt liberę, & in ſua poteſtate ſitũ habẽt agere) obſeruatione ad res adhibita, externæ verò cõtraria ratione ſe habent. Item vna & eadẽ cauſa varios producit effectus eodẽ inſtrumẽto vtens, quãdo diſsimiliter eo vtitur, & aliter ac aliter ſuas vires intẽdit.

[r] Farnelius. libr. 5. ſuæ phyſiologiæ capi. 20.

Ad

Ad locum Galeni dicendum læsa superiori parte cerebri lædi anteriorem, & hac læsa illam necessario offendi, si vitium est immodicum. Reperiuntur igitur omnes istæ facultates in eadem parte cerebri, & hoc verissimum est imaginatricem propter humiditatem in parte anteriori vigere, & memoriam propter siccitatem in parte posteriori splendescere, rationemque in media parte cerebri, sic interpetrandus est Arist. hac in re,

---

ETsi cum hoc toto non digestus fuerit, & grauitatem, & tensionem, & pigritiam fecerit, scias quod iam venæ sunt oppletæ suis superfluitatibus, quoniam nutrienti multo, & superfluo licet accidat vt in stomacho digeratur, raro tamen digeritur in venis, imo in ipsis remanet crudum, & extendit eas, & quandoque scindũtur, & generat pigritiã, & laborem & oscitationes, & halices.

SCHOLIA.



His, quæ suprà explicata sunt, non contentus Aui. tanquam diligentissimus medicus tradit signa, quibus cognoscemus ex ventri-

culo per venas alimentorum cruditatem delatam esse, ea sunt pigritia, grauitas, & tentio tanta sæpè, vt adsit periculum ruptionis alicuius venæ, quandoque præter hæc docet adesse halices& oscitationes. Per pigritiam hoc loco non solum intelligit dissidiam & difficultatem ad actiones naturales sed etiam ad animales operationes, vt colligitur ex Galeno [f] libr. 4. aph. comment. 2. quo loco pituitam redundantem docet ex tumoribus ædematosis, totius corporis colore, capitis grauitate, mentis pigritia ac torpore, quis enim ignorat præsente humorum crudorum copia ad caput debere eleuari vapores multos ac copiosos qui menti pigritiam sunt elaturi, & ad actiones naturales non exiguam negligentiam, atque difficultatem? par enim est, & rationi consentaneum principio neruorũ humectato & circa voluntarios pigritiã euenire, & veluti in se ipsum hominẽ dissolutũ videri, vt verbis Galeni vtamur, lib. 3. [t] aph. commen. 5. vbi hyppocrates docet austros ventos caput esse grauantes, pigros, & dissolutos homines reddere, quia hi vẽti cũ calore humiditatẽ habẽt, qua obturant neruos, & sensuũ instrumẽta implẽt, idẽ de ventis

f Galenus libr. 4. aph. 2.

t Galenus li. 3. aph. cõm. 5.

tis Australibus est assertũ à Galeno [u] lib. de difficult. respirationis ca. 9. & lib. 6. epi. sect. 3. text. 66. & 6. ep. sect. 2. comment. 24. & Auicena idem docuit quando in suis canticis cant. 113. ventos meridionales dixit calefacere, & putrefactionem moliri, non alia de causa Arist. [x] lib. 2. problematum asserit Austrum malum esse, morbosum, & sic intelligendus est Rasius [y] libr. 3. ad Regem cap. 25. in his verbis ventus à polo veniens meridienali & cæt. & Turisanus [z] lib. 2. Artis medi. text. 26.

De oscitationibus, & de halicibus egit Aui. [a] fen. 3. primi doct. 2, capi. 13. & nunc aliqua à nobis de hac re sunt pertractanda. Gal. [b] lib. 2. de symp. causis ca. 1. docet oscitationem, & multa alia, quæ in eodẽ capite recenset pro cõmuni genere habere motũ illegitimum oscitationem opus esse naturæ, quæ à morbosa causa moueri sit coacta violenter hæc morbosa causa quæ ad oscitationẽ naturã propellit, solet esse vaporosus & crassus spiritus in musculoso genere contentus docẽte Galeno lib. 3. de difficultate respirationis cap. 10. nec nõ lib. 2. de symp. causis capit. 5. §. maximè autem distenduntur post somnũ, cùm in carne halituosum

u Gal. libr. de diffic. Respirationis capit. 9. & lib. 6. epid. sect. 3. text. 66 & 6. ep. sect. 2. comme. 24. Auice. in suis canticis cant. 113.

x Arist. lib. 21 problematun ?

y Rasius libr. 3. Almansorẽ. cap. 25.

z Turisanus lib. 2. Artis medic. tex. 26.

a Auic. fen. 3. primi doct. 2. cap. 13.

b galenus lib. 2. de sympt. causis capi. c. 7. lib. 7. aph. 56.

e Quid sit oscitatio doct. 2 capi. 13. idem cap. 12.

d Gale. libr. præs.

e Gale. lib. 7. aph. 56.

f Optimè legit Leonicenus lib. 7. aph. 56.

g Quid sit inquietudo & anxietas.

excrementum sentiunt, & sic Auicena c libro. 1. fen. 3. definit oscitationem dicens oscitatio est species halicum, quæ accidit in mandibularum musculis & thoracis, & febris solet esse nuntia docente eodem Auicena fen. 1. 4. Quando multæ sunt, teste d Galeno libello inscripto præsagium experientia confirmatum, sic fiunt ante febres hiatus, hiant ante febrem ægri ob concutionem & vim ipsos intendentem. Auicena e halices dicit fieri propter superfluitates, quæ in musculis congregantur, & propter hoc multum accident post somnum, & quãdo illi humores plus iusto abundauerint fieri horripilationem, & tremorem, & tandem febrem si in maiorem quãtitatem accrescát. hyp. lib. 7. f aph. 56. ita legitur à Leoniceno halice. 1. anxietudo, oscitatio, horror & cæt. quæ loco per halicen interpretatur Gal. inquietudinem & anxietatem, dicitq; eos hac affectione molestari, qui g accubitũ non ferentes iacendi figuram euariãt, quia semper præsens aggrauat eos. Et libr. 2. de symp. causis cap. 5. videtur per halices idem intellexisse, quod Auicena in hac fen. 3. primi doct. 2. cap. 13. Quo loco (quantum ego iudico) nihil aliud intellexit per halices

quam

quam pandiculationes, vbi videtur esse repugnantia. Pro medela oscitationis, & pãdiculationis potum vini suadet Auicena, quia suo calore halitus & spiritus halituosos, ex quibus hæc fiunt discutere poterit. Hyp. multo ante loco citato h idem remedium scripsit & libr. 3. ep. sect. 3. &. 6. eiusdem operis sect. 2. text. 10. hæc verba scripsit, sanatorium continuarum oscitationum spiratio longa, i quẽ locum difficillimum intellectu perpulchrè explicat Galenus lib. 3. de difficultate respirationis capitu. 10.

h Lib. 7. aph. 56.

i Galenus explicat. locum hyp. lib. 3. ep. sect. 3. in libr. 3. de difficultate respi. cap. 10.

IPse igitur medicandus est cum eo, quod ex venis expellit.

SCHOLIA.



NON constat satis, quo medicamine vtendum esse vult, nam & sanguinis missio, & expurgatio ex venis humores expellunt, purgatio enim sic definitur, vt patet ex libr. 2. aph. 17. & ex primo eiusdem operis cõment. 2. & lib. 2. prognosticorum cõment. 14. purgatio est

k euacuatio humoris, qui sua qualitate molestat: sanguinis autem missio sic definitur. 4. primi cap. 20. est l euacuatio vniuersalis, quæ multitudinem euacuat. in qua sententia fuit Galenus lib. 2. aph. comment. 17. dubium est igitur quo remedio velit vtamur. Dicendum m tamen est ex natura affectus desumendam esse istam distinctionem authore Galeno libro de sanguinis missione capitu. 1. & capitu. 6. &. 7. &. lib. 6. aph. comment. 47. & comment. 31. &. 9. methodi capitu. 5. n quibus ex locis colligitur, quod quando affectus trahit ortum ex plenitudine, siuè secundum quid, siue simpliciter dicatur tunc conuenit sanguinis missio, si magnitudinem habeat adiunctam: si tamen trahit ortum ex cachochimia adhibenda est purgatio. quare ego sentio hoc loco solum intellexisse educendos esse humores alui solutione, & multo magis in hãc sentẽtiam adducor, quia hoc in loco idem videtur Aui. insinuare in. 6 quod nominabimus. & certe est hæc verissima huius loci interpretatio, quoniã Galenus libro de curandi ratione per sang. missionẽ cap. 6. quando o adest humorũ crudorũ copia venæ sectionẽ prohibet, tanquã extremũ malũ. nã cum san

k Quid purgatio.

l Quid sanguinis missio.

m Vnde desumitur potius vtendum venæ sectione quam purgatione.

n Vide hic libr. 4. De sanit. tuenda cap. 4.

o Quando adest crudorũ humorum copia, nõ est sanguis mittẽdus.

sanguis bilis sit frænũ & pituitã, crudosq; humores attemperet, si sanguis extrahatur, nõ poterit non æger grauiter lædi, & sic salubrius erit consiliũ humorum sarcinã vẽtris expurgatione deponere, quã sanguinis extractione, quod intelligẽs Gal. lib. primo de aliment. facultatibus capi. 7. in cruditatibus per aluũ excretionem vnicum remedium esse fatetur & idem Galenus lib. 12. methodi capi. 3. agens de curatione eorum, qui ex summa humorum crudorum copia febricitant, venæ sectionem in tali casu interdixit, & multò magis si æger syncope laboret cauenda est venę sectio. etenim vt docet Auicena fen. prima. 4. tract. 2. capitu. 20. §. & summopere, tibi cauenè ęgrum deducas ad vnam duarum rerum vel humorum crudorum copiam & cæt. proptereà dicebat in fen. 1. 4. tract. 2. capitu. 30. & flobotomia addit in syncope & cæt. sic est intelligendus Galenus libr. 4. de santitate tuen. capi. 4. quando pro sanguinis missione iubet contemplari distent nè multum humores peccantes à natura sanguinis, vel parum, nam si multum recedant, & præsertim P quando sanguis est paucus, non est venæ sectio facienda, vt constat ex

P Quãdo sanguis est paucus nõ est sanguis extrahendus.

eodem

eodem lib. 4. de val. tuenda capitu. 9. & ex Auicena. 4. primi capitu. 20. §. & cum sanguis bonus, & cęt. nam præter id, quod causa tale auxilium non postulat, vires non constant, vt apertum est ex Galeno libr. de sanguinis missione capitu. 9. & libr. 12. methodi. capitu. 3. si tamen cum humorum cruditate abundet sanguis, non video cùr vena non possit secari, nam per sanguinis missionem aliquid de humorum peccantium copia extrahetur, & natura supra residuum fiet potentior & melius superantem humorem gubernabit. hoc modo venit intelligendus Galenus, quando lib. de sangu. missione. capitu. 10. melancholico humore peccante. venam tundit, sic interpetrandus est locus eiusdem Galeni in eodem lib. capitu. 12. quando succis crudis redundantibus pluries sanguinem mittit, non est igitur dubium hoc loco purgationem intelligere.

QVod si nec hoc senserit, sed fatigationē tantum, aliquo tempore quiescat, deinde fatigationis speciem, quæ accidit, medicetur cum eo, quod modo nominabimus.

SCHO-

SCHOLIA.



PER fatigationem [q] intelligit lasitudinem, cuius tres sunt species, illa quæ citra exercitationẽ prouenit, morbum portendit ac prænunciat, docente hyp. lib. 2. aph. 5. quæ autem ex exercitatione prouenit, sanorũ est symptoma, & quiete medicatur. Auicena in hac fen. cap. 12. has [r] tres species lasitudinis cõstituit edoctus á Galeno libr. 4. de sanitate tuenda cap 2. quædam est vlcerosa, quæ vt testis est Galenus libro cit. propterea [s] vlcerosa appellatur quia ea laborantibus talem excitat sensum ac si corpus vlceretur: [t] nascitur aliquando ex immodico motu, vt cõstat ex lib. 3. de sanitate tuẽda ca. 5. & aliquãdo fit ob excrementorũ copiam tenuium simul & acriũ docente Galeno locis citatis, his enim excremẽtis cutis pũgitur, & quasi vulneratur, & ipsa caro tũc sic lassesitur, vt etiã horror interim oboriatur, interim totius corporis inæqualis concussio, ac cõmotio teste Aui. fen. prima quarti tract. 2. ca. 6. sic est intelligẽdus Gal. libro de curãdi. ratione per sanguinis missionẽ ca. 4. quãdo dicit lasitudinem vlcerosam à succis malis fieri, quo

q Lasitudo spontanea.

r Tres species lasitudinis.

s Quæ sit lasitudo vlcerosa.

t Ex motu immodico aliquando nascitur.

quo pacto hæc lassitudinis species sit curanda docuit Galenus libr. 3. de sanitate tuenda capitu. 6. & multo plenius Auice. in hac fen. 3. primi tract. 2. cap. 14. quo loco lassitudinem ab exercitio prouenientẽ vlcerosam quiete curat, etsi orta est ab humorũ multitudine per humorũ expulsionẽ & famẽ, & resolutionẽ factã per fricationẽ cũ oleo carẽte stipticitate, quale vocat Hispanũ Gale.

u Alia lassitudo dicitur tensiua.

Alia u est tensiua, quæ sic nuncupatur, vt docet Galenus lib. 2. de symp. causis cap. 5. quia hac affectione laborantibus, vel con cassatũ sibi, pulsatũq; aliquid, vel tendi sibi vndeq; corporis moles videtur hanc tẽtionẽ faciunt celeres exercitationes, & humorũ plenitudo, quibus videtur partes tendi, rũpi, & dilacerari, medela huius affectus est, quando oritur ab exercitatione, si credẽdũ est Auicenæ loco cit. cutis laxatio cũ tepidis medicamẽtis, & olei inunctione & balneo, corpusq; cibo humido & parco nutriatur. Auicena hãc curationẽ mutuatus est à Galeno libr. 3. de val. capi. 6. & Galenus ab Hip. eam desumpsit lib. de vsu humidorum iuxta principium, Aetius pro hac re est cõsulendus tetra. primæ ser. 4. cap. 35.

x Alia lassitudo vocatur flegmonosa.

Tertia x species lassitudinis est flegmonosa quæ

quæ vt testis est Galenus li.2.porrect.tex.3. composita est ex tensiua, & vlcerosa, quod similiter testatum reliquit lib.2.aph. cóme. 5.& libro de optima secta ad Trasibulum, nec nõ alijs plurimis in locis suæ doctrinæ, & Auicena fen.2.primi doct.2.ca.20.curãda est hæc clafsitudo ex Auice.fen.3 primi doct.3.cap.16.sanguinis misione habita ratione humoris quantitatis & plenitudinis, etsi fuerit febris potus erit aqua ordei, & cætera sunt peragẽda quæ eodẽ ca. nos docet Aui.à Gale. y ea mutuatus lib.4.de sanitate tuẽda ca.10. quo loco sanguinis misionẽ in hac affectione tanquã saluberrimũ auxiliũ cõmendat, aitq; æstimare diligẽter oportere, qui sanguinẽ sunt missuri in thorace nè dorso,& lũbis tensio pungensq; dolor figatur, an in capite potius,& collo:his enim affectis humeralẽ venã secandã esse maximè si repletũ caput, & calidũ sit: z illis verò internã:si vero æquabiliter lassitudo corpus occupauerit, ambarũ mediam diuidendã fore, corpusque moderatissime esse nutriendũ asseuerat, adeo, vt paulò infrà dicat cauẽdum præter cætera esse, ne morbo depulso properè,& multum, sed sensim,& paulatim renutrias. Cõsiderabis insuper an euacuatio aliqua

y gal.lib.4.de san.ca.10.

z Vide his Apolog.med. nostram vbi latè de dissect. venarum disferuimus

aliqua naturalis ſit cohibita, nam illius exci tatio morbum ſoluit, ac ſanat. & cũ omnes iſtæ ſpecies laſsitudinis tum ab immodico motu, tũ ab ſuperfluitatum multitudine generentur, ſi immodicus motus alicuius cauſa extiterit, teſte Auicena hac fen. 3. primi doct. 2. cap. 14. à valido [a] motu fugiendum eſt, & quies eſt agenda, vt ſuadet Galenus lib. 4. de ſanitate tuenda capitu. 4. quando fiunt ab excrementorũ copia humoris natura eſt contemplanda, & ſi nihil obſtet ſanguis mittẽdus eſt, aut deiectoriũ medicamẽtũ propinandũ, quod ſignificabat Gale. [b] eodẽ lib. 4. cap. cit. 5. æſtimandũ eſt, cũ ſanguinis ne copia, an cũ crudis, minimeq; coctis humoribus, an per ſe ſolus conſiſtat vitioſus humor, qui laſsitudinem creat, nam ſi cum ſanguinis copia, aut vena incindenda, aut aliquid quod tantũ valet, agendũ. hæc Galenus. & paulò infra ſubdit. quod ſi vitioſi tantum ſucci, hiq; citra ſanguinis copiam ſubſint, purgatio petenda eſt: quæ infeſtãt. humori ſit accõmoda, & ſi vlceroſus affectus ſibi habeat coniunctã primarũ venarũ cruditatẽ & ſanguis bonus ſit exiguus, crudi humores plurimi, nec ſanguis mittẽdus, nec alui deiectio moliẽda propter cauſas, quas Gale-

a Quomodo ſit his omnibus ſpeciebus laſsitudinis occurrendum.

b Gal. lib. 4. de ſan. ca. 4.

Galenus attulit eodem lib. 4. de val. cap. 5. Auicenna, [c] addit quartam differentiam lassitudinis, eamque appellat arefactiuam & desiccatiuam hac fen. 3. primi d. 2. cap. 12. quam Galenus lib. 3. de sanitate tuenda ca. 5. improprie & per abusum lassitudinem appellandam esse dicit, illud tamen prætermittendum non est, quod aliquando sensus pũctionis lassitudinis vlcerosæ ad solam cutim pertingit, aliquando ad carnem subiectam, aliquando vero talis dispositio vsque ad ossa pertingit, & ossearia [d] dicitur lassitudo, & sic intelligendus est difficilis locus Hippocratis libro. 4. de rat. victus text. 2. qui ita se habet, febris quoque multa habet, corpusq; veluti ab ossearia lassitudine habitum laborat, doletque [e] quæcunque sit lassitudo sõnum inter turbat, vt Galenus significat libr. 4. de sanitate tuenda cap. 4. & hoc intelligebat Hip. lib. 2. prognost. cõment. 12. §. aut enim ob dolorem, aut laborem vigilia adest &c. & [f] quod per laborem Hippocrates lassitudinem velit nos intelligere, constare põtest ex sect. 2. aph. sent. 5. vbi sic habetur, Κόποι αὐτομάτοι φράζουσι νούσους hoc est lassitudines spontaneæ morbos prænunciant, sed dices quomodo dolor ac labor vigilias

c Arefactiuam lassitudiné posuit Aui. fen. 3. prj. doct. 2. c. 12.

d Lassitudo ossearia lib. 4. de ra. vic. tex. 2.

e Lassitudo quæcunque sõnum impedit.

f Per laborem li. 2. prog. tex. lassitudiné intellexit Hipp.

g Quomodo dolor vigilias facit.

gilias inducant? Respódeo g quia hæc vigilem reddunt facultatem animalem, sentientem, & ipsis præ molestia intentam efficiút, nec sinunt ipsam ad suam originem regredi, & propterea Arist. dicebat lib. 4. de historia animalium cap. 10. pisciculos in pelago à bestiolis compunctos breuissimos capere somnos, quemadmodum in nobis cimices & pulices noctu somnum interturbant, & vigilias afferunt, quod h etiam non minus efficere potest sitis, vt Celsus est Author l. 3. c. 6. & Farnelius lib. 4. suæ pathologiæ ca. 19. nec sine causa cum Gal. i lib de inæquali intemperie ca. 3. sitim inter doloris species recenseat. At dices cur hæc magis nos vexent noctu quam interdiu? huic facilis est responsio ex k lib. 2. aph. cóment. 13. item quia interdiu ad colloquia, & consabulationes distracti aliquo modo horum & suarú causarum obliuiscimur, & hoc ita se habere depromi ac colligi poterit ex historia illius philosophi, quam Galenus adducit in libr. sibi tributo de motibus liquidorum.

h Sitis quid faciat.

i ga. l. de inæq. intemperie c. 3.

k Cur magis sentim° sitim, & labores noctu quam diu.

SI vero aliquis in annis multú processerit, nec ipsius corpus ex nutrimento tantum reperit, quantum suscipiebat dum esset iuuenis

& eius nutrientia fiant superfluitates non tantum debet comedere, quantum solebat, imo minus.

SCHOLIA.



Bscura [l] est sententia, & ita est eius litera vertenda, si aliquis vero iam senio fuerit confectus & non potuerit tantum alimenti concoquere ac digerere, quantum concoquebat, dum erat in ætate iuuentutis, ne plura coaceruet excrementa, non tantum comedat, sed multo magis cibum minuat, etenim dum alimentum ingeritur, ingeri debet virtute caloris naturalis considerata, qui calor instrumentum est omnium actionum naturalium: vim & tenorem caloris naturalis considerandum esse in cibatione perspicuum est atque manifestū ex Galeno [m] lib. primo aph. comment. 15. & idē deducitur ex lib. de causis morborum cap. 3. & ex 3. de temperamentis, capit. 4. & 8. & ex. 3. eiusdem operis capit. 5. Auicenna hac de causa fen. 3. primi doc. 5. c. 2. asseruit nutriens senum paulatim esse partiēdum, & sensim eos bis, aut ter esse nutriendos secūdū digestionē eorū, & fortitudinē, aut debilitatē caloris, sic [n] Ga. faciēdū esse videt sentire

l De Regim. senum tradit documenta.

m Ga. l. 1. aph. com. 15.

n Quomodo senes sunt gubernandi.

tire lib.5.de sanitate tuenda cap. 3. & mul-to magis sani præstabunt senes, si cibis vescantur quemadmodum Galen. docet libr. 5.de val.tuenda cap.4.5.& 6.vbi docet cauendum esse à cibis obstruentibus.& propterea in eodem lib.5.cap.7. Auicenna fen. 3.primi doct.3.cap.2.panem illis exhibendum esse testantur, qui o nec salem, nec fermentum, nec iustam subactionem desideret, vtilissimus est vsus mellis ac lactis, nec vt tradit p idem Galenus in valde senibus tentandum est malam qualitatem immutare: contra tamen iuuenibus ea mutari, quæ nocent, conandum est lib.5.de sanitate ca. 10.sed dices quid sit senectus, quid iuuentus? Respondemus ex Gal.lib.5. de valetudine tuenda cap.9.senectutem q frigidum esse ac siccum corporis temperamentum annorum multitudine proueniens, hoc temperamentum nonnulli r citius, alij serius adipiscuntur, pro vt sunt ab initio comparati vel ex vitæ exercitio, vel ex victus ratione vel morbo vel sollicitudine, nam t & labores immodici cum humidum dissoluant natiuum senibus maxime nocent, cum loco humiditatis siccitas introducatur, propterea Galenus libro. 5.de san.

o Qualis panis senibus sit vtilis.

p Senibus nō est consuetudo mutanda.

q Quid sit senectus quid iuuentus.

r Senescunt alij citius alij serius.

t Labores quātum senib⁹ noceant.

san.tuenda cap.4.paucissimum exercitium senibus commendat, idem faciunt immodicæ curæ, ac sollicitudines vigiliæ, atque febres, quæ omnia, cum exsiccent, & humidum absumendo calorem ipsi adhærentem deuastent, atque extingant, & corpus frigidum ac siccum reddant, hac de causa Galenus [u] lib.6.de san.tuenda cap. 3. pro senectute retardanda, quæ effugi non potest, hæc fugienda docet.

u Quæ sunt fugienda pro senectute retardanda docet Ga.l.6.de sa.c.3.

Senectutem [x] diuisit Galenus in tres partes lib.5.de san.tuenda cap. vltimo primum senium est illud, de quo dicitur cruda, viridisque senectus, quia adhuc possunt obire ciuilia negotia, secundum senium est illud de quo dicitur illud poetæ, vt lauit, sumpsitque cibum det membra sopori, de 3.senio dicitur illud psalmistæ, amplius labor, & dolor, & vt plurimum hoc solet fieri ab Anno.80.vsque ad extremum vitæ, in quacunque parte senectutis eadem fere norma circa victum debet obseruari Auicenna in prima primi doct.3.cap. 3. sub ætate adolendi iuuentutem amplexatur, & Galenus lib.1.aph.cõment.13. per iuuentutem ætatem intelligit vigentem, & hanc iuuentutem terminari docet Galenus ipse lib.3.

x In quas partes diuiditur senectus.

y Quot annis Iuuentus terminetur.

z Quo tempore magis fluxus sanguinis sint expectandi.

aph.comment.30. y quinta septimana, & eadem de ætate illud ab Hip. est proditum li. primo prog.33. z magis autẽ spectare oportet sanguinis quidem profluuium in ijs, qui nondum triginta quinque annos attigere, &c. sed ne aliquid quod momentaneum est intactum relinquamus, scias velim ante fluxum sanguinis per nares sæpe aliqua signa apparere, quæ tradit Galenus lib. 3. de crisibus cap. 12. nimirum visus hebetudo, quæ fit sanguine ad caput ascendente, atque meatus, per quos visoria facultas influit, obserante, & hac de causa interdum a splendores quidam, aliquando rubores oculis obijciuntur propterea b Auicenna 2.4. tract. primo cap. 5. literis inculcauit, sæpe cui fluxurus est sanguis fila quædam rubra lucentia nec non splendentia apparere, & hoc adeo est verum fieri posse, & sæpe contingere, vt non solum fila, sed imagines rubentes intueri se credant, sanguinis fluxum passuri, vt nobis demõstratum esse poterit ex historia illius iuuenis, quam adducit c Galenus lib. de præcognitione ad Posth. cap. 13. qui instanti iudicio è lectulo se sustulit tanquam prosilituras, interrogantibusque cur exilire voluisset, cum nihil adesset, ob quod

a Quæ præsagiunt sanguinis fluxum ex naribus.

b Aui. explicatur 2.4.t.p.c. 5.

c ga. præclara historia lib. de precogn. ad posth.

id facere debuisset, rubri coloris serpentem per laquearia repentem à se visum, & sic timuisse, respondit, ne si aliquo modo aberrasset, supra se ferretur, ac idcirco se à cubili assurgere velle. Alia possem afferre signa, sed cum non sit præsentis negotij isthæc tractare, in nostram praxin relinquãtur.

Cæterum quia de septimanis, quibus ætates finiuntur, mentio est facta à Galeno, aduertendum est istas septimanas varie ab authoribus discerni, vt egregiè animaduertit Musa libro primo apho. citato,[d] quoniã Solon totam vitam distribuens in septem Hebdomadas vitam hominis 70. annorum constituebat,[e] Varro & alij longiorem vitam nostram ponebant, & sic eam in 12. hebdomadas diuidebant, vnde ætatem humanam 80. annorum faciebant, & secundum hanc computationem iuuenilis ætas 30. & 5. annis terminatur, quod est quinta septimana terminari, ex his [f] resultant Anni Clymatici, & Scalares, fatales, genetriaci, de quibus latissime Censorinus agit in libro de die natali, vltimum igitur senium vsque ad hoc tempus terminatur, & quod amplius labor & dolor,

d Solõ in quas hebdomadas vitam distribuit.

e Quid sensit varro de hac re.

f Anni clymaterici Schalares fatales vnde resultent de his vide Censorinum & maternum & ficinum Pli. lib. 7. ficin. lib. 2. de trip. vita Aul. gell. l. 15.

dolor, verum quia Plinius lib. 7. nat. historiæ cap. 48. longioris vitæ plurima adducit vera, & quædam fabulosa exempla & nos plurimos sumus intuiti, qui plusquam centum annos vixerunt, concludimus cum Galeno libro 3. prognost. comment. 30. & 6. de san. tuenda cap. 2. ætates [g] eadem mensura, & eodem numero annorum nec certo posse metiri, Isocratem [h] illum præstantissimum philosophum tradit Cicero in libro de senectute, eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse, vixisseque quinquenniũ postea, eiusdem magister [i] Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos, & vt longissimas ætates virorum testamenti veteris interim sileam, [k] Nestorem Regẽ Pyli trecentesimum vitę annum attigisse dicunt, vt ipse de se apud Ouidium testatur.

Annos vixi bis centũ, iã tertia viuitur ętas,

Et iuuenalis de eodem sic cecinit

Rex [l] Pylius magno si quidquã credis Homero

Exemplar vitæ fuit à cornice secundæ.

Galenum nostrum (vt Sypontinus ait) exploratum est centum, & quadraginta annos vixisse. Masinissa [m] Numidarum

g Ætates non possunt definiri certo annorum numero.

h Isocrates.

i Gorgias Leontinus.

k Nestor.

l Iuuenalis.

m Masinissa.

rex

rex centesimum vitæ annum compleuit, Terentia [n] Ciceronis Oratoris facundissimi vxor centum, & tribus annis vixit [o] Clodia centum, & quindecim, de [p] Bragmanis quoque Indorum philosophis referunt authores, quod centum & quinquaginta annorum plærunque compleant ætatem Valerius Maximus lib. 8. cap. de senectute complúscula diuturnitatis humanæ vitæ, præter ea, quæ hic adducta sunt exempla affatim commemorat. Apud [q] Indos in Insula Chio nostri Lusitani retulerunt annis elapsis hominem quendam esse, qui ducentos & quinquaginta annos agebat, & alterum filium centum annorum & alterum septem habere, sed ne semper aliena adducamus, mater mea mulier fide dignissima in Guardia patria nostra [r] Antonium Sarauiá virum nobilem, & Mariam Sanctiam optime nouit, quorum hæc centum & quindecim annos, ille centum & triginta vixit, nouerunt id multi alij viri & mulieres, quibus fides poterat præstari.

n Terentia.
o Clodia.
p Bragmanis.
q De longe vita cuiusdam in insula Chio.
r Antonius Sarauia Guardiēsis.

Cæterum, [s] quia video magnam extitisse discordiam apud multos, essent nè nostri anni annis antiquæ gentis maiores, alij nanque dicebant, vt refert [t] Plinius li. 7. nat. historiæ

s De annis mēsibus & dieb. vera comparatio.
t Plin. l. 7. hist. nat.

storiæ Arcadũ annos solos tres menses cõtinere, cuius fuit opinionis Heliconensis in lib. de ætatibus mundi, non erit absurdum si quidem ad id deuentum est, horum omnium opiniones euertere, & quid hac in re firmiter sit tenendum demõstrare, & in primis quod nostri anni plures dies non contineant, quam anni illi, quos viuebat prisca gens scribit aperte [u] Augustinus li. 15. ciuitatis Dei, vbi dicit falsum esse opinari annum antiquorum nostri esse decimam partem, mensemque lunarem, qui fere est 29. dierum dumtaxat continere, nam si hoc esset verum, (quod falsum esse fateri necesse est) aut [x] annus ille duodecim menses non haberet, aut si illos includeret, vnusquisque mensis tantum trium esset dierum, quod quam sit à veritate alienum, existimare potestis cum apud sacras literas in lib. [y] Genesis cap. 7. legamus illuuionem illam vniuersalem in secundo mense die. 17. eiusdẽ mensis incepisse, vnde depromi potest, menses illius primæ gentis nostris esse æquales, alioqui si decẽ anni illius temporis vnum nostræ tempestatis conficerent, sequeretur homines septem annorum (quod omni bonæ repugnat philosophiæ) liberos posse producere,

u Aug. l. 15. de ciuit. Dei.

x Annum hebræorum duodecim fuisse mensium probat Pictorius in Dia. de Mã. li. 1. de patientia.

y Gen. l. c. 7.

ducere,& cum apud [z] Genesin cap.5. repe- z Gen.l.c.5.
ritur Cainum septuaginta annos natum filios generasse, septimo anno suæ ætatis eos produxisse: falsa igitur est,& ridicula, illorũ assertio,& minus est explodenda eorũ sententia, qui annos antiquorum tres tantum menses habere asseuerabant, etenim apud Genes. [a] in cap.8. posteritati traditum est, a Gen.c. 8.
Arcam testamenti supra aquas fluctuasse,& in septimo mense die 27. substitisse, quia aquæ decrescebant,& similiter legimus in 10. mense in prima mensis illius die montes detectos fuisse, perspicuum igitur est, nostros annos,& dies annis,& diebus antiquorũ omnino æquales esse, nec est, quod deinceps aliquis hac in re dubitet, tũc enim aderant præstantissimi Astrologi, vt etiam illi Hebræi,& Ægyptij, qui vt nunc fit, solis cursum contemplabantur. Galenus [b] lib.3 b gale. opinio de hac re.
prog. Hip. com.4. in hæc verba prorumpit. Annus enim non trecentorum & sexaginta quinque dierum tantumodo est, sed etiam quartæ partis diei, itemque ad hæc partis cuiusdam prope quodamodo cẽtesimæ, vnusquisque vero mensis minor est 30. dierum, maior autem nouem & viginti &c.& libro de sept. partu annum

circui-

circuitum, & reuolutionem ac reditum so-lis à solstitio, in solstitium, siue à signo quodam in idem signum esse ait, & libro primo Ep. sect. prima in principio duodecim menses continere probat, & lib. 1. de compositione medicamentorum secundum genera cap. 2. & lib. 6. de san. tuenda cap. 5. per diem intelligit spatium, & tempus, quod cõsumit sol in nostro hemisphærio illuminãdo, & l. 7. de com. secundũ locos c. 2. [c] per diem spatiũ viginti & quatuor horarum intelligit, & cum dicitur aliquod medicamentum per diem esse infundendum noctem etiam intelligendam esse asseuerat, quod similiter tradit lib. 10. methodi cap. 2. & lib. ad eos, qui de typis scripserunt, cap. 7. & lib. 2. de crisibus cap. 2. [d] quibus in locis computandam esse noctem cum die docet, & viginti quatuor horas continere, vt supra dictum est, & libro primo de cris. cap. sexto inculcauit, & [e] 9. methodi cap. primo, & libro de sept. partu cõment. primo & 2. §. horæ itaque quatuor viginti diem vnum absoluunt & cæt.

c Quid intellexerit gale. per dié & quid seplasiarij debēt intelligere.

d In criticis diebus quæ computatio facienda sit.

e Lib. 9. meth. ca. 1.

Cum

CVm ille, qui regimen ingrossare consueuerat, regimen subtiliauerit, & ingredietur ex aere in foramina, & hoc est quod reginis grossitudo impediebat, sed iam nulla reginis grossitudo impedit ea.

SCHOLIA.



Erba Auicennæ, quæ ita se habent, & ingredietur ex aere in foramina, difficilem perceptu reddunt hanc sententiam. Gent. f dicit posse dupliciter intelligi, vno modo nimirum, quia ventositas, quæ fuit generata ex cibis crassis intrabit, & replebit foramina & loca debet implere partes cibi subtilis, g alio modo sic docet posse interpretari, si quis relictis crassis cibis, qui membra ampla atque lata efficiebant, vtatur cibis subtilibus, quia de amplo ad angustum venit, dicetur ex aere, venire ad foramina, parcat h gentilis amicus ille, sed magis amica veritas, obscuriorem proculdubio suis interpretationibus, reddit præsentem sententiam, quare cũ ea interpretatio non placeat, nec germanã, & loci genuinam adferat explicationem arbitror

f Gentilis opinio.

g Alia textus expositio.

h Carpitur gẽtilis.

i Authoris expositio.

bitror hanc sententiam [i] sic esse vertendam si quis dum crassis cibis vescebatur, ad cibũ subtilem se se transmutet, & in hac consuetudine persistat, adeo reddetur corpore subtili præditus, & tenui, atq; demacrato, vt videatur per angustissima quæque foramina sine impedimento posse pertrãsire, etenim crassi cibi corpus pingue efficiebãt, & multis ventositatibus replebant, quæ transitum remorabantur, subtilis autem cibus cum corpus non reddat tam amplum, tantaque mole præditum ad quæcunque munera agilissimum reddit.

IN subtiliante vero regimine, cum ad ipsum ingrossandum redit, accidunt oppilationes.

SCHOLIA.

k Mutatio in omni re magnifaciendam.



Erissimè à Gal. scriptum libr. de pulsibus ad Tyrones in [k] omni re mutationem maximi esse extimandam, quæ si magna est circa tempus vel ad frigus, vel ad calorem graues morbos generat vt ab Hip. decantatum est lib. 3. [l] aphoris. com. 1. & 22. & hac de causa scriptum est ab

l ga. l. 3. apho. com. 12.

eodem

eodem Hip.lib.6.Ep.sect.3. esse mutationes cauendas, quæ si fiant circa potum ac cibum non minores ægritudines pariunt, vt hic insinuat Aui.& Galenus pariterque Hipocrates lib.2.de ratione victus in morbis acutis tex.19.& 33.& 2. aph.22.illud idem docuere, ex cibo subtili si quis ad crassa alimenta subito se conuertat, idcirco in iecoris, viarumque obstructiones cadet nam crassi ciui [m] cum crassum habeant succum per venas transeuntes ipsas non possunt non replere, ac cruditatibus infarcire, obstructionesque procreare, hac de causa cibi crassi à Gal.vituperantur lib.de bonitate, & vitio succorum cap.4.tum quia crassitudine calorem natiuum deijciunt, ac debilitent, qui postea alimenta non potest conficere, vnde ex illa incoctione oriuntur oppilationes tum quia, (vt arbitror) cum viç essent tenui ac subtili cibo assuetæ, illæ [n] inanitæ erant, & crassum cibum ingestum præter consuetudinem anteaquam sit concoctus, velociter attrahunt, quæ att actio obstructionum solet esse causa.

[m] Cibi succe crassi quid faciant.

[n] Velox attractio cibi à mébris obstructiones parit.

ET calidorum nutrientium impedimenta emendantur cum syrupo acetoso, & quam maxi

maxime de seminibus, quoniam ipse est magis iuuans, quã omnes species syrupi acetosi fuerit de Sacharo, sed si fuerit de melle simplex sufficit.

SCHOLIA.



Onatur tradere præcepta vtilissima pro praxi exercenda, eaque circa nocumenta versantur, quæ proueniunt illis, qui regimen consuetum commutant, præceptum igitur hoc est, quando aliquis ex cibo subtili ad crassa alimenta calida se transmutat, si lædatur, corrigat lęsio, & nocumentũ cũ syrupo acetoso de seminibus, & cũ semina quædã sint calida & quædã frigida, ex° seminibus calidis debet parari quia quãuis per hunc syrupũ contendat Aui. nocumentũ nutrientiũ calidorum emendare, tamen quia crassis debetur subtiliatio Authore Galeno li. 2. aph. 9. & lib. eiusdem operis com. 24. & libello quos & quando purgare oportet, melius erit ex seminibus calidis concinnari, vt melior fiat correctio, nam quo humor est subtilior magis obtemperat, & obedit vi medicamenti expurgantis, & p facilius substan

o Quæ debẽt esse semina ex quibus syr acetosus pro hac intentione debet parari.

p Substantia tenuis facilius quam crassa alterationes suscipit.

ſtantia tenuis quam craſſa poteſt alterari, vt manifeſtum eſt ex lib. primo de differentijs febrium cap. 2. & hæc eſt cauſa ob quam Galenus lib. primo citato humores turgentes, qui vt plurimum ſunt tenues, extenuat & ſubtiliat decoctione origani, quia q tenuitas in humoribus ſummopere eſt neceſſaria purgationi, nec his, quæ dicta ſunt, repugnat Galenus libro de conſtitutione Artis cap. 19. vbi docet tenuia eſſe incraſſanda nec noſtram doctrinam deſtruit locus Galeni, qui ſolet depromi ex lib. 6. epidemion ſectione ſecunda tex. 3. & alter, qui habetur apud eundem Galenum lib. 2. prognoſt. 43. & 2. de ſympt. cauſ. cap. 8. nam r Galen. libro de conſt. artis cap. cit. quando docet tenuia eſſe incraſſanda non loquitur in ordine ad purgationem ſed ad nutritionem, locus Hip. in 6. Epiſt. intelligendus eſt hac ratione tenuia ſunt incraſſanda, quando nitimur ſuperfluam aliquam euacuationem ſupprimere, & ad alia loca dicendum eſt quando s propoſitum fuerit in cauitate thoracis humores contentos excernere, ſi illi ſint admodum tenues, debere aliquo modo incraſſari, vt ſic per impulſionem aeris promptius expellantur. Auicen

q Tenuitas in humoribus ad purgationem quantũ faciat.

r Explicatur locus ga. li. de conſt. c. 19.

s Quando humores ad expurgationem ſint incraſſandi.

na libro quinto tract.6.cap.primo describit præsentem syrupum & ad idem valebit oximel.quod Gal.scribit libro.4.[t] de sanitate tuenda cap.6.& Serapio tract.7.cap.23.& non admodum distat ab his serapium aceto satum quod Mesues in suo Ant.refert ex radicibus paratum,quod in hoc casu vtilius esset, ne tantam inferat caliditatem cum aqua chicorij commisceri, & ex sacharo parari,& non ex melle,nam si ex melle fuerit compositum,non est quod radices calidas illi commisceas, ne calorem adeo augeas & multiplices,vt illo propinato,aut humores partibus subtilibus amissis magis incrassentur,aut præter votum inflammatio aliqua in aliqua parte suboriatur, est enim mel authore Galeno libro septimo simpl.& libro de dissolutione continui multæ [u] ac vehementis caliditatis, & cum radicibus calidis eius vis non potest non vigorari, quod si fiat, in morbo hoc plurimum nocebit, verum enim vero quia sachari & mellis hoc loco fit mentio, illisque persæpe tum in cibis tum in medicamentis parandis vtimur, vtile erit demonstrare, quæ sint horum vires,& facultates, atque electio-

[t] Oximel discribit Ga.lib.4.de sa.c.6.

[u] Quæ sit mellis temperies.

electiones [x] Galenus libro tertio de aliment. facultatibus cap. 39. vtrumque sub nomine mellis amplexatur, illi enim antiqui nostrum sacharum non cognoscebant, sed illud tantum quod vi solis ex arundinibus distillabat, nulla arte, nulloque artificio maiori elaboratum, illudque mel cannæ vt colligitur ex loco cit. vocitabant, at nunc multis modis, mirisque artibus ornatur, extruitur, optimum est [y] Valentinum in panes coactum paruos, ponderosos libræ vnius, & dimidiæ vel circiter carissimum, & confecturis siccis aptissimum, penydijs ob nimiam siccitatem ineptum, candidissimum, dulcissimum, & niuis in morem scintillans, cohærens, aliud [z] est quod in nostra Lusitania in Insula Maderæ paratur non exigua arte, nec paruis sumptibus in metas ponderis librarum 6. 7. 8. 9. formatur, confecturis admodum idoneum minus pretiosum, ac perfectum est quam Valentinum ex [a] Insulis Canarijs fortunatis dictis aliud asportatur intus albicans prædictis in bonitate inferius, metisque illud constat maximis, [?] præponendum est ei, [b] quod ex Sancto Thoma aduehitur foris est subalbidum, intus sub

x Electiones mellis, sachari. Vide Man. lib. 25. p. 2. antiquis nostrũ sacharũ erat ignotum, vide Dios. l. 2. c. 74. & ga. li. 7. sim. ti. de Melle, & Pli. l. 12. ca. 8. & Mathiolum, de nostro sacharo vide Varronem.

y Sacharum Valentinũ optimum, de nostro Sacharo vide Luc. 3. Pharsal.

z Sacharũ ex Insula Maderæ quale sit, de nostro sacharo fecit mẽtionem solin. ca. 45.

a Sacharũ ex Cannarijs.

b Sacharũ ex Insula S. Thomæ cæteris vilius.

rubrum omnium glutinosissimum, confe- c Adquid sit aptum.
ctuis nequaquam aptum, [c] opiatis, conser-
uis, syrupis, quia vilitatem aliorum mistura
tegit, accōmodatissimum, hoc est, quod
dum à mari sentitur, [d] rubrum nostri pro- d Rubrū vulgo dicit, hoc sacharum melle calidius esse male sensit Arnal. Villanou.
fessores vocant, & ventem aliquomodo
subducit, hoc est sacharum, quo [e] nos in
clisteribus frequenter vtimur, habet nan-
que aliquantulum maiorem calorem quam
cæteræ species sachari, & magis exsiccat, co e Hoc in clisteribus vtimur.
licæ [f] & dolori ventriculi non parum frugi f Colico dolori medetur cum oleo amigdal.
ferum, [g] cæteræ species illius temperatæ
sunt in calore, modicè humectant, vt egre- g Temperatura aliarum specierum sachari vide ser. c. 50.
gie noster Aui. docuit lib. 2. sui operis cap.
497. & Isacius in lib. de vniuersalibus diætis
quibus astipulatur Rasius libro tertio ad
Alman. capit. 20, & libro 22. contin. capit. Man. lapsum l. 15. Ep. 5. castigat egregie doctiss. Mathiolus vide illū.
395.

Mel apum multo maioris est caliditatis
& abstersionis, quam omne mel cannæ, cali
dū est & siccū, vt locis supra citatis asseuera
uit Gal. nec non Aui. in 2. canone c. 497. & h Ga. l. 4. sim. vide li. 1. & an. c. 2. & 7. meth. ca. 6. & l. 4. de san. tuenda. c. 6. Diosc. libr. 2. c. 74.
in eadem fuere sententia Ras. li. 3. ca. 20. &
Haliabbas lib. 5. suæ theoricæ capit. 27. hac
de causa ipse Galenus in [h] libro quarto sim
plicium in hæc verba prorumpit, non est
mirum, nec immanifestum, quoniam

mel

mel est dulcius omni re, & generat in corpore humorem, qui est amarior humoribus omnibus, & facit [i] illud in iuuentute propriè, & in habentibus naturas calidas, & in febricitantibus & cæt. & paulo infra sic scripsit, in [k] corporibus autem, in quibus superfluam frigiditatem inuenit, aut propter ætatem, aut causa complexionis naturalis, aut infirmitatis conuertitur, & permutatur ad sanguinem bonum temperatæ complexionis cum facilitate. Huius electiones adduxit idem Galenus lib. 4. de sanitate tuenda cap. 5. §. sane id odorum, flauumque dulcissimumque [l] fuerit: tum consistentia nec planè crassa nec liquida, sed quæ ita continuitatem suã tueatur, vt si digitum in id dimiseris, post in sublime attollas, quod mellis ab eo defluit, longissima quasi linea sibi continuatum videas & cæt. & lib. [m] 7. methodi cap. 6. in hunc modum est scriptum, quod igitur mel colore flauo sit, & odore suauiltum purum adeo, vt totum pelluceat: ac gustanti parum acre, iucundissimũque præterea tam sibi cohærens, vt si digito attollatur, continuum sibi nec intercisum ad humum defluat, id omnium est optimũ, &c. hoc laudatissimũ gignebatur [n] in patria Gal.

i Quibus mel sit inutile.

k Quibus sit vtile.

l Quale debet esse optimum mel, vide libr. de bon. & vit. suc. c. 12.

m ga. li. 7. me. c. 6.

n Optimũ mel in patria Gal. olim dabatur. c. 4.

Gal. vt ipse literis exarauit libro primo de Antidotis, & illud optimū erit, quia vt maximè probetur, si fides illi est habenda libro 3. de aliment. facult. debet generari o in locis, in quibus thymus, & herbæ, & frutices temperamento calidæ nascuntur, quales in illius patria quotannis proueniebāt, vituperari tamen debet p illud, quod thymum admodum redolet, vt scriptum reliquit lib. 7. meth. cap. cit & hac de causa lib. 5. de san. tuenda cap. 9. existimo q Atticum laudari, & hoc pro theriaca laudatur lib. de ther. ad Pisonem, & propterea r Sardoneū, & Ponticum abijciūtur, vt testis esse potest Gal. lib. 7. sim. in bonitate post Atticum, Siculū sequitur, pręsertim illud quod ab s Hybla vrbe Siciliæ hyblæum appellatur, ex thymi abundantia, quanuis Varro t hoc Siculū cæteris præponere ausus sit, quia mellificiū ex thymi floribus potissimum fit, in Sicilia vero maxima thymi copia habetur, qua in re Varro non solum Galeno, sed etiam Dioscoridi aduersatur, qui quidem postquam in lib. 2. suæ materiæ cap. 74. mel Atticum laudat, post illud Siculum recenset, subrutilum u vt peritè Musa in lib. de examine sim. animaduertit, albo est præferendum, nam hoc minus

o Vbi debet mel bonū generari.
p Quod mel vituperetur.
q Atticum mel laudatur, & ponitur in theriaca.
r Sardoneum & pōticū spernuntur.
s Hybleū mel est egregium.
t Varro siculū mel cæteris præfert, Varro Hip. & Ga. aduersatur.
u Subrutilum albo est meli⁹.
x Oppositum Cronēburgius in Cyphæo, carpitur Syluius dū putat albū e serutilo melius, vide Vegā l. 2. de Art. Medendi.

minus est concoctum quam illud, vnde colliges perperam Syluium 2. libro de simpl. præparatione cap. de despumatione mel albū Galliæ Narbonēsis & Attico, & Hyblæo æqui parasse.

ET frigidorum, quæ ex eis sunt cum hydromelle, & syrupo ipsius, & diacimino, & quæ ex eis sunt grossa, & complexionem habēs calidam cum syrupo acetoso de fortibus seminibus & complexionem habens frigidam eam corrigat cum pauco diatriompipereon, aut diacalamenthi.

SCHOLIA.



Ocumenta, quæ alimenta crassa frigida inducunt, sunt corrigenda cum hydromelle, & per verba, quæ infra collocantur in §. & syrupo eius nihil aliud diuersū ab ipso hydromelle intelligit, quod apud antiquos erat in frequēti vsu, illudque laudibus extollit Galenus y li. 3. de rat. vict. paratur ex aqua, quæ græcè hydros appellatur, & ex melle vt etiam manifestum euadet ex Mesue in suo Antidotario cap. de aqua mellis,

y Ga. lib. 3. de ra. vict. cō. 9.

 mellis,

mellis. Rasius [z] in lib. 9. ad Alm. hydromel aliud non longè diuersum ab hoc administrat, idemque facit Auicenna, qui in 5. libro canonis duas habet descriptiones de fauis mellis, quas si parumper inspicias, intuebere non longè distare ab hydromelle Mesues, & idem sunt cum illis descriptionib⁹ hydromellis quas ponit Serapio. Docet insuper Auic. [a] vtendum esse diacimino. Pro cuius intelligentia aduertendum est, Auicennam in libro. 5. tract. 3. diaciminum scripsisse, & pro morbis frigidis ventriculi summo opere laudasse, quod multo ante Galenus [b] effecit lib. 4. de sanitate tuenda cap. 5. vbi nuncupatur Diaspoliticum [c] pharmacum, & Serapio ab ipso Gal. eius descriptionem mutuatus est, illamque libro. 7. sui operis capite. 2. inseruit [d] Nicolai Diaciminum apud nos est in vsu, & ego eo frequẽter vtor, dum contendo ventriculi multam frigiditatem extirpare, aut ventositatem dissoluere Rasius lib. 9. ad Almansorem cap. de illis, quæ ventriculum corroborãt, aliud diaciminum collocat, cum vino in quant. drac. iij. exhibetur, ego exhibui [e] nunc dum hæc scribo, puellę cuidã in quãtitate drac. j. sem. & bene se habuit, cum antea, vẽtricu

z Rasius lib. 9. ad Alm. ca. de colica.

a Diacimini meminit Aui. in li. 5. tract. 3.

b Ad quos morbos sit vtile ex ga. l. 4. de san. c. 5.

c Quod sit diaspoliticum.

d Quo diacimino sit vtendũ.

e Anno Dñi 1580.

li vẽtositate f & ingenti intestinorum rigitu diutino cruciaretur, omnis halitus & spiritus vaporosus, quibus illi intestina obmurmurabant assidue, breui temporis interuallo fuit discussus.

f Valet ad rugitum intestinorum.

Quod si humores fuerint admodũ crassi, & indigeant maiori extenuatione vtendum erit syrupo acetoso de seminibus aut radicibus, & si æger qui patitur nocumentum fuerit frigidæ temperaturæ illi detur diatrion pipereõ toties à g Galeno laudatũ lib. 4. de sanitate tuenda cap. 5. §. appositum sane medicamentum est &c. & libro primo h de locis affectis cap. etiam 5. §. auxiliatur illis &c. nec non libro primo de art. ad Glauconem cap. 13. §. qui vero aliquid frigiditatis &c. quod etiam Auicenna magnifacit pro eadem intentione in libro. 5. sui operis tract. 3. & fen. 11. 3. tract. 2. cap. 8. & 13. eiusdem lib. 3. tract. primo capit. 17. & Alexander Trallianus eiusdem sæpe meminit, nec i Galenus diacalamenthi fuit oblitus, si quidem li. 4. de san. tuenda cap. cit. & c. 7. quomodo illud debeat parari ad longum scripsit, quod similiter facit Auicenna in li. 5. eo quod k Nicolaus tradit, solemꝰ vti, & post prandium ac cænam porrigitur, cum vino

g Ga. lib. 4. de san. c. 5.

h Gal. lib. 1. de loc. c. 5.

i Ga. l. 4. de sa. c. 5.

k Quo diacalamento sit vtẽdum ad quid sit illud vtile.

menstrua prouocat teste eodem Galeno loco citato,& Franciscus de Pedemontium pro illis excitandis cum decoctione aperiéte præbendum docet:denique vtilissimum solet esse remedium ad aperiendum, m ac ad reserandum,& coctionem ventriculi firmandam, vnde iure hic commendatur.

Quare diacalamentum cõmendat hic Aul.

NVtriẽtia vero subtilia magis sunt sanitatis cõseruatiua,& virtutẽ minus iuuãt,& fortitudinem:& grossa sunt istis contraria:ei igitur,qui confortatione indiget, nutrientia fortis chimi sunt necessaria,& vehementis famis contrarium,veruntamen ex eis non multum comedant, ideo vt digerantur, exercitati vero,& multi laboris magis sunt tolerantes nutrientia grossa,quos forsan in digerendo iuuat fortis somnus, & qui in ipso fiunt profundi,sed eis accidit propterea quod multum sudant,& ex eorum corporibus multa resoluitur quantitas, quod ipsorum hepata ex nutriente rapiunt illud,quod nondum fuit digestum,& præparat eos ad ægritudines perniciosas in fine vitæ,aut in eius principio; & proprie quia sunt in sua confidentes digestiua, quod ex sua habẽt dormitione,quod destruitur cũ eis frequẽter accidũt vigiliæ propriè cum senescunt.

SCHO-

SCHOLIA.



STendit Auic. quæ alimenta sanitatem conseruent, quæ illi robur, & firmitatem addãt inquitq; tenuia, & subtilia alimenta ipsam sanitatem custodire, crassa vero virtutem corroborare, tamen magis hæc conuenire ijs, qui se se exercent, quam quiescentibus, pro cuius rei enarratione est aduertendum, ciborũ quosdam esse crassos, quosdam subtiles alios denique medios, quæ diuisio constat ex Auicenna multis in locis suæ doctrinæ, & Galeno lib. de dissol. cont. cap. 4. cibus crassus, vt liquet ex eodem Galeno li. 3. de alim. facultatibus cap. 27. est [n] ille, qui cum sit crassarum partium, & terrestris magis, alimentum præstat corpori copiosius, quam humidior ac mollior, quam rem exactius contemplans ipse Ga. l. de dis. con. cit. crassorum alimentorum naturam sic depingit, cibi [o] multi nutrimẽti sũt omnes cibi crassi, quãdo digerunt bene in multitudine, & omne quod est superfluitatũ paucarũ, & est multi nutrimẽti, vnde colliges, quę sint subtilia alimẽta

n Qui sit cib⁹ crassus.

o Quomodo Gale. depingit cibos crassos.

erunt

p Quis sit cib° subtilis.

q Quæ sunt cibaria media.

r Isacius quem subtilem cibũ posuit.

eruntque p illa, quæ multa paucũ dant corpori nutrimentum. Media q ea dices, quæ nec multum nec paucum nutriunt, quorũ exempla latissime traduntur à Galeno loco cit. Isacius r Galenum imitatus libr. de diæt. vniuersalibus capit. 7. subtilem cibum paruissimum corpori præbere nutrimentũ asseruit, cuius veritatem non minus demonstrauit Haliabbas lib. 5. suæ theoricæ c. 14.

s Dubium.

Quibus s ita explicatis nunc videndum se offert, quo pacto sit verum illud, quod in præsentiarum docet Auicenna, & in primis sic arguitur, vt probetur subtilia alimenta non esse sanitatis conseruatiua quia Galenus lib. 2. prognosticorum bilem pituita peiorem esse docet, quod similiter scripsit libro de virtutibus, sed alimenta subtilia bilem generant, ergo non sunt sanitatis conseruatiua.

t Quid sit vitã seruare.

Secundo t sic insurget aliquis, virtutes seruare teste Galeno lib. 9. methodi cap. 10. nihil aliud est, quam vitam seruare, sed alimenta subtilia vitam conseruãt, ergo & virtutem corroborabunt.

Tertio ea alimenta minus corroborant virtutem, ex quibus pauciores procrecreantur spiritus, qui tamen magis fiunt ex subti-

libus

libus ergo crassa alimenta non confortant magis virtutem, quam subtilia.

Nihilominus [u] respondendũ est, veritaté retinere propositã doctrinã, esseq; intelligendã dicimus in sanis corporibus, & non in ægris, quia in his alia victus ratio cõuenit quare aliméta subtilia vitã cõseruare, & crassa virtuté corroborare, verissime ab Aui. hic est inculcatũ, quorũ vtrũque sic patebit, cõseruatio [x] vitæ depédet ex deperditi restauratione cũ paucitate excrementorũ, sed cibi subtiles humidũ deperditũ celeriter restituunt, & ex illis perpaucæ generantur superfluitates, ergo bene assertum est ea vitã conseruare. Alimenta [y] vero crassa virtuté corroborare deducit sic, fortificatio, & corroboratio virtutis dependet ex soliditate, & crassitie spirituũ, ac mẽbrorum, sed vtrũq; efficiunt crassa alimenta, ergo sapienter est assertum virtutem firmare.

u Solutio dubij.

x Vnde vitæ cõseruatio dependet.

y Probatur alimenta crassa vires corroborare.

Ad primum argumentum dicendum est subtilia alimenta acria, & acuti saporis bilem generare, non tamen subtilia temperata, quæ hic cõmẽdãtur pro vitę cõseruatione.

Ad aliud respondédũ est, aliud [z] esse virtutem seruare, & aliud eandẽ corroborare, virtuté seruare nõ est aliud quã vitã seruare

z Aliud esse vitam conseruare, & aliud illã corroborare.

ac custodire, quia vita ab his pendet, sed nō est virtutem confortare, etenim hoc facere, (quantum iudicio assequi possum) dicit virtutem non solum seruare, sed etiam fortiorem ac vegetiorem reddere, quod cibi subtiles non possunt præstare.

Ad vltimum dices, alimenta subtilia plures generare spiritus quam crassa, cæterum crassa, illos, quos generant, solidos generāt, firmos, stabiles, & qui cito non euanescūt, & propterea magis sunt dicenda virtutem confirmare & roborare, quam subtilia, & ne aliquis decipiatur existimans alimenta crassi succi subtilibus esse præponenda animaduertat opus est crassa alimenta non conuenire a nisi illis, qui se se exercent, & minimè illis qui in ocio, & quiete degunt, quod Auicenna hic significauit in §. ei igitur &c. & idem Gal. scripsit libro de dissolutione cont. cap. cit. & illud idem insinuauit libello de bon. & vitio succorum c. 2. & 3. de ali. facult. c. 27. & Isacius libro de diæt. c. 8. sed nec omnibus exercitatis hæc cōueniunt, nisi illis, qui bene noctu dormiunt, & ventriculum habēt calidum. & multis etiam exercitatis ea nocere innuit Aui. quando dicit, quod ipsorum hepata &c. quam doctrinam

a Quibus cibi crassi sint vtiles.

multo

multo ante Galenus posuit l. de dissol. cōt. & Auic. idem periculum crassorum alimentorum volens demonstrare sic dicebat fen. 1. 4. cap. primo, & nos quidem terremur nutriente grosso, cum certo sciamus, quod ex ipso accidunt oppilationes, quando cibis medijs sit vtendum scriptum est libro de bon. & vit. succorum c. 12. in fine capitis §. reliquo tempore &c.

FRuctus præterea recentes non sunt boni nisi laboriosis exercitatis cholera rubea abūdantibus, & in æstate, & eos ante comestionem comedant.

SCHOLIA.


Er fructus recentes intelligit humidos fructus, qui omnes à græcis horarij vocitantur & fere omnes sunt praui succi docente Gal. lib. 2. de alim. facult. cap. 2. & libro de vitio & boni. succorum cap. 8. & si in ventriculo corrumpantur, succum generant perniciosum, & nō longe à venenosa qualitate differentem, quæ cum ita se habeāt, absurdū est existimare Auicen. in præsentiarum eorum vsum cōmendare, sed solū velle significare,

fuga-

fugaces fructus magis conuenire quam siccos illis, qui sunt exercitati, aut sunt natura biliosi præsertim in æstate media: nam hi fructus cum sint humidi ac frigidi, si prius b quam comendantur in aqua frigida sint depositi calorem æstatis hominis exercitati poterunt attemperare, ac refrigerare, hac de causa Galenus lib. 2. de alim. facult. cap. 2. sic scribit solusque is vtiliter vtetur ipsis, qui æstu vehementiori, è longiori itinere se se confecerint, tunc enim iuuant corporis squallorem humectantia, & si frigida sumantur moderate refrigerantia & cæt. quod nõ minus èleganter præcipit libro de bonitate & vitio succorum cap. 13. in hunc modum semper tamen ab his abstinendum, qui succi mali sunt, nisi si quando tamen necessè sit æstatis tempore laborantibus corporis totius squallorem caloremque curare, quo plane tempôre commode sumi prius poma possunt, & pruna, & mora, & cerasa, & cucumeris tunc, & peponis & melopeponis aliquid assumi potest.

b Fructus horarij anteaquã comedantur in aqua sunt imponendi.

ET ipsi sunt quidem sicut chrysomila, & mora, & melones, & persica & pruna.

SCHO-

SCHOLIA.


Atis superq; ex Galeno demonstratum est fugaces fructus esse fugiendos, & quo tempore aliquid illorum posit degustari, nunc vt exactam doctrinam tradamus, & ad vnguem verba Auth. Auicenæ explicemus, operæ pretium erit breuiter explicare nonnulla de fructibus quos exemplorum gratia Auicena adduxit.

Chrysomila [c] frigida sunt, & humida in primo gradu ex sentẽtia multorũm, qua in re illi à veritatis scopo aberrãt, cùm ab Auicena & alijs grauissimis viris hæc in secundo gradu haberi scribãtur, velocisque sunt putrefactionis, meliora [d] sunt Armenia, quia non tam cito corrumpuntur, nec in ventriculo acescunt. Isacius eorum nocumenta cauere cupiens cum mastice, & vino odorifero ieiuno ventriculo præbet. Galenus lib. de dissolutione continui cap. 19. facile corrumpi intelligens ante [e] cibum sumenda esse docet, nam post cibum velocissimè corrumpuntur & perniciosum humorem veneno assimilem procreant, si illis in multa quantitate vtamur febres acutas generabũt & aliquando diuturnas, quare eorũ esus sub

c Multorum error.

d Chrysomila, quæ sunt meliora.

e Quãdo sunt gustanda.

ter fugiendus est, & solùm medicinæ gratia sunt gustanda, vt bilis attemperetur, & feruidus calor aliquomodo mitigatur, vt docet Rasius præter Auicennam, libr. 3. ad Alm. capitu. 20. & quia vt docet Gal. lib. 2. de alim. facult. cap. etiam. 20. prauis humoribus faciunt corpus abundare, salubrius erit consilium hoc alijs rebus conari efficere, & ab his omnino supersedere. Theophrastus libr. 2. f de plant. historia per chrysomila videtur intelligere cotonea magna, & pulchra ab antiquis struthia vocata, vt videre est apud Musam in suo libr. de examine simplicium cap. de fructibus, qui in Ferrariensi solo reperiuntur.

f Quid Theophrastus intelligit per Chrysomila.

Mora g inter ea, quæ facile putrefiunt, commemorantur à Galeno libro de dissolutione cont. cap. citato, & Auic. in. 2. canone capitu. 499. idem docuit dicens morum est malum h stomacho, corrumpitur enim in eo, & quãdo nõ corrumpitur velociter, non nocet, & oportet, vt accipiãtur omnes species eius ante cibum, & in stomacho in quo nõ sit corruptio, quod multo antè à Galeno scriptũ est libro de bonit. & vitio succorũ cap. 8. §. quod in moris quoq; euenit, quæ ipsa etiã siquidẽ antequã corrũpantur,

g De moris.

h Quibus noceant mora.

statim

ſtatim deſcendant nihil incōmodi afferēt, niſi quis illis aſsiduè vtatur, Galen. eſt ſecutus Haliabbas lib. 5. theo. capit. 19. in his verbis. Mora frigidę ſunt complexionis in [i] primo gradu, & in ſecundo humida, quæ bene matura ſunt, ventrem emolliunt, immatura autem ſtringunt. eorum complexio frigida eſt, & ſicca, & ſiquis mora ſtomacho purgato comederit, & vacuo & cito deſcē derint, vrinā prouocabunt, & humorem generabunt bonum, ſi ſit [k] autem mala in ſtomacho ſuperfluitas, cito corrumpuntur, & humorem reprobum generabunt, ideo ante cibum ſunt comedēda. quibus verbis Haliabbas clarè docet cum Auicena mororū naturam, & quatenus illis ſit vtendum.

i Quæ ſit illorū temperies.

k In quibus cito corrūpuntur.

Melones Hiſpanè & Luſitanè Pepinos vocitantur, de illis egit Gal. [l] libro. de bon. & vit. ſuccorū ca. 2. §. humida ſunt hæc omnia, ac frigida, & pituitoſa præcipuè ſi cruda mandantur, facile in ſtomacho corrumpuntur, vt ingenuè ſcripſit Auicena in. 2. [m] cant. cap. de batecha. vrinam prouocāt, ſi fides eſt habēda magno Auerroi in lib. 5. ſuorum collect. ſi ſumantur, ante cibū & in ventriculo nō corrūpantur, iecur [n] attēperant, quemadmodum patet ex Auicena in. 14. 3.

l Lege libr. de attenuante vict. rat.

m Haliabbas in. 5. Theor. c. 18.

n Melones modicē ſumpti ventriculū & iecur attemperant.

tract.1.cap.21.§. nõ est malum sumere pro hepate calido melones durosparuæ dulcedinis & cæt. reprobantur tamen ab eodem Auicena in illis, qui colicæ passioni sunt obnoxij in fen. 16.3.tract.4.cap.28. abstergere, mundificare, lenire, & lotium prouocare scriptum ab Auicena loco. cit. & illud idem docuit Galenus lib.2. de alim.facult. cap.de peponibus. & o quia facile corrumpuntur, & in bilem vertuntur, fugiendum est ab illis, quod animaduertens Gal. lib.de bon.& vitio succ.cap.5. cacochimos vocauit illos, & melopepones, quo loco pruna non solum Damasci sed in tota Hispania exsiccari testatur, & domi reponi scribit, vnde colligi potest multò esse præstantiora peponibus, & melonibus, qui antea quam exsiccentur, corrumpuntur & propterea nõ possunt asseruari. Gal.lib. de alim. facult.2. cap.31. p pruna siccata esui commodissima posse esse inculcat, & parum corpus nutrire, & vtilia esse ijs, quibus propositum est ventrem mediocriter humectare, ac refrigerare, & q quemadmodum multa alia sua humiditate, & lentore ventrem subducere præsertim si coquantur in mellicrato, aluũ admodum deijcient, tum si per se ipsa fuman-

o Pepones quales sint.

p De prunis.

q Pruna aluum deijciunt.

mantur, tùm si post ipsum mellicratum bibatur, in quo fuerunt decocta: denique ait non esse statim post ipsa prandendum,[r] vnde desid ro, medici vulgares pudeant, tot errata aduersus medicinæ proceres perpetrare, quorum doctrinam nescientes medicamenta, quæ leniter sunt soluentia, in prandio exhibent, aut statim post ipsorum exhibitionem prandere ægrum præcipiunt, cũ Galenus illud fieri clarissimè hoc loco prohibeat. De prunis multa Auicena in. 2. lib. tract. 2. cap. 536.

r Vulgares medic. taxantur.

Persica[s] prauum, & vitiosum succũ generãt, etsi illis vtaris necesse est ea ante alios cibos comedas, hæc Galenus lib. 2. de alim. facult. cap. 19. & Auicena in. 2. canone cap. proprio, frigida & humida esse censet, & esse velocis[t] putefactionis, & sic iure optimo in præsentiarum docet, vt ante alios cibos assumantur, ne dum putrefiunt, deleterium humorem gignant.Ptopterea lib. 3. fen. 22. tract. 2. capi. 21. abhorret vsum persicorum & eadem de causa in fen. 1. 4. tract. 2. capit. 55. asseruit, esse ad putredinem parata.

s De persicis.

t Persica sunt velocis putrefactionis.

QVod si alijs rebus regatur, & non isti, erit melius, quoniam omnis res, quæ sanguinem aquositate implet, quæ in corpore

ebullit sicut succus fructuum extra, licet ea hora iuuamentum præstet, tamen ipsum ad putrefactionem parat, & similiter illud, quod sanguinem humore implet crudo, licet quandoque conferat sicut cucumeres, & alcheret. Et præter hoc hac de causa qui his fructibus & nutrientibus multum vtuntur, febribus sunt apti licet multum infrigident, & tu scire debes, quod humori [u] *aquoso plærunque accidit, quòd fiat pus, & hoc erit cum non resoluetur & in venis remanserit, & cùm isti exercitijs vti cœperint anteaquã huiusmodi aggregentur aquositates & illico cum fructus comederint etiam exercitentur, resoluentur aquositates istæ, & minuetur impedimentum, quod per eas habent, scire quoque debes, quod cum in sanguine flegma existit crudum aut aquositas prohibet, ne cibi nutrimentum corpori adhæreat.*

u Alius contextus legit sic quod humori aquoso sæpe accidit quod sit virulentus & cæt. quare occasione huius literæ notãdum est discrimen fætidi & virulẽti odoris, ex Brauo de saporũ & odor. diff. libr. cap. 29. quem tractatũ euulgauit postquã hæc exarauimus.

SCHOLIA.



Elius erit, ac salutarius ab his super sedere quia quanuis exiguo tẽporis interuallo prosint, dum manduntur, & gustui iucunda se præbent, tamen

men [x] exigua interposita mora grauiter nocent, putredine corpus inficiunt, & lethales generant febres, & eradicatu difficillimas, quæ putrefactio quanuis tantisper delitescat, paruo exercitio, si postquam ferè digesta sunt, vtaris, insurgit, & quasi de nouo non sine magno periculo videtur pullulare. Propterea Galenus fugaces fructus toties vituperat, & de se ipso scribit sanum, & incolumem vixisse posteaquam ab omnibus fructibus fugacibus se se abstinuit, vt posteritati mandauit libro de bonitate, & vitio succorum cap. primo. illi enim cum multam aquositatem generent ac humiditatem faciliter putrefiũt, & febres gignunt, vt hic clarè demonstrauit Auicena, & fen. prima. 4. tract. 2. ca. 44. §. [y] multa aquositas sanguinis ex comestione fructuum aquosorum facit in corpore putredinem, & similiter multitudo humoris crudi præparat ad putredinem. sic est intelligendus Auerroes libr. 6. collect. [z] quando dicit vitandos esse pisces & omnes fructus humidos. sic locus Isacij lib. de vniuersalibus diet. cap. 26. interpretandus est, vnde spreta nominis etymologia, qua isti fructus horarij dicuntur, quidã vir piritissimus horarios appel-

x Vide Auic. fen. 4. 4. ca. 1. & Gal. lib. de dissol. con. ca. 4. & libr. 8. meth. c. 2. vbi ait fructus paucum vtile multum vero inutile continere.

y Quare fugaces fructus sunt fugiendi.

z Explicatur locus Auer. 6. lib. colliget.

appellandos esse censet, quia breuiter ab arboribus decerpti putredinem suscipiunt.

OPortet vt qui fructus comedit post ipsos incedat deinde comedat aliquid, ad hoc vt labantur, nutrientia verò, quæ aquositatē generant, & humorem crudum, & coleram, generant & febres propterea quod ea, quæ ex ipsis sunt aquosa faciunt sanguinem putrefieri, a *& quæ ex eis sunt viscosa & grossa, propterea quod foramina claudunt, & ex eis cholerica, ideo quòd corpus calfaciunt propter sanguinis acuitatem lædunt, & similiter febres accendunt.*

a Vide libr. 1. fen. 2. doct. 2. ca. 6. §. & propterea quod fructuum est multitudo qua humores corrumpuntur & & Galen. lib. Aph. comē. 9.

SCHOLIA.



Ost fructuum assumptionem quid sit vtile aggredi ostendit, aitque corpus esse exercēdū, nimirùm, vt ad intestina fluāt, nec sua prauitate in partibus superioribus morati ac detenti, noceant, & propterea suadet post exercitium aliquid esse gustandum, vt possunt esse res stipticæ, vt sic facilius inferius detrudantur. Nec obstat si dicas perperam hic exercitiū cōmendari, quia eo ipsi fructus per ve-

nas

nas deducti nõ poterũt, nõ plurimũ obesse, nõ obstat inquã hæc obiectio, quoniã fructus isti comeduntur non vt nutriant, sed vel ad corpus alterandum, vel ad appetitui satisfaciendum, quæ postquam sumus consecuti pauculo temporis spatio interposito infrà descendent præcedente exercitio. huius rei Rasius non ignarus lib. 25. cont. capit. primo hæc verba literis prodidit. qui comedit fructus debet post eos velocem motum sequi & cæt.

Sed [b] dices sit nè super eos bibendum, & si bibendum est qualis potus sit futurus? respondeo conciliatorem in suis cõtrouersijs controuersia. 122. difficultatem hanc soluisse dicentem, si post fructus sitis infestauerit, qualemcunque potum esse accipiendum. oportet enim nos defectui succurrere, & intemperantiam minuere, præsertim cum sitis [c] tantũ sit malum vt Gale. libro de inæquali intemperie capitu. 3. inter dolores eam recenseat, vt etiam visus est facere Celsus libr. 3. sui operis ca. 6. & adeò sæpe sitis vexat, & contristat corpus, vt quis potius eligat mori quam propter sitim in cruciatu viuere, vt lib. 7. methodi cap. 8. Galenus refert. propterea illud est literis con-

b Vtrum sit super fructus bibendum.

c Sitis vehemens est malum, & inter dolores reperitur.

d Contr. 122. secratũ quod adducit loco cit. Aponẽsis. d

Dij tibi dent nudosq; lares inopẽq; senectã

Et longas hyemes, perpetuamq; sitim.

Poetæ antiqui, qui sæpe certis quibusdam imaginibus, & inuolucris res significabant, execrabile malum multam sitim pati esse intelligentes illud de Tantalo, quod vobis manifestum esse arbitror, quasi ænigmate declararunt. At si sitis e non fuerit tanta, & fructus fuerint frigidi, & humidi gratia medicinæ vinũ vetus odoriferũ sobrie ac modicè propinetur, quæ non solum docta fuit Isacij sententia, sed etiã Galeni maximi medicinę ampliatoris qui quidem lib. 2. de rat. victus in hæc verba prorumpit. bibant parũ vini, nec aqua misti, qui præter consuetudinem fuerint pransi, nã vinum tale, & in tãta mensura sumptũ alterat, & digerit prandiũ præacceptũ absque deductione ipsius in venas ante, id quod operatur vinũ super fructus maximè. Cæterũ si fructus fuerint calidi, aut vẽtriculi temperamentũ calidũ extiterit, tunc operæ pretiũ erit à vino supersedere, & f aqua cõuenit, quæ sit, docet, clara g syncera, coctilis, vt Galenus tradit lib. 6. epidemion. istæ enim coctiles aquæ solent esse lenes, ventriculũ minimè grauantes, &

e Quando oportet super fructus vinum propinare, & quale futurum sit.

f Celsus libr. 2. cap. 18.

g Quæ sit optima aqua.

facile descendunt, & secum hos fructus asportabũt, quod maximè optamus. His dotibus carebant illæ aquæ quæ Galeni tempestate è Tyburtinis montibus per lapideos aquæductus Romã deducebantur, propter quod recentiores animaduertentes quantũ vna alteri aquæ sit præferenda, suo modo carmina quædam excogitarunt, quæ vir doctus Herculanus in fen. prima. 4 apud Auicenam citat, & illa sic se habent.

Fõs,[h] casus, fundus, cursus ab origine distãs — h De aqua.
Subtilis, non tecta, leuis, pascibilis aptè,
Multa, & clara, parũ vini, tolerãsque saporẽ.
Sicq; & odore carens, linquens hypocondria raptim.
Non rebus confecta malis, residẽtia paruo
Tẽpore descendit, coctum dissoluitur ipsa.

Arist.[i] in. 22. probl. prob. 8. præcipit post fructus frigidos aquã bibere, & ventriculo frigido existente ad colicã præparare, quod nõ ignorauit Auicena in fen. 16. 3. tract. 3. ca. 6. idcirco aqua si bibatur supra melones est morbifera, nàm eo potu illi magis humectãtur, magisq; sic refrigerãt. Vino autẽ statim bibito in pauca quantitate eorũ malitia retũditur, adeò, vt iam sit vulgare supra melones vinũ esse iucũdũ ac vtile, nec Auic. [k]

i Non esse aquam bibendam super fructus frigidos.

K Declaratur locus Auic.

oppo-

oppositum contendit fen.prima.3. tract.2. cap.8.§.super cibum verò mali chimi bibere vinum, dum comeditur, aut antea, aut postquam digeritur est malum: quoniam facit malum chimũ in extrema corporis penetrare,& similiter super fructus & propriè (melones) & cæt.non contendit, inquam, oppositum Auicena,quia ille super fructus frigidos non interdicit vinum modicũ,sed potius illud commendat, vt infra colligitur ex.§.& à paruis quidem incipere est melius & cæt. Non alia de causa nisi quia vinũ

l Quare super ficus non conuenit vinum.

m Concilia tor differentia.122.

l super fructus calidos non conuenit, super ficus illud vituperatur adeo, vt referat Conciliator [m] controuersia citata multos de medio sublatos fuisse illud super eos assumentes,alios etiam grauissimis doloribus correptos,sunt enim ficus parumpter calidi,vt ex Gale. depromi facile est libr.2.de alim. facult. capit.8. & ex Auice. libr.2.canonis capitu.276.

Olera vero cholerica quandoque multum conferunt in hyeme quemadmodum quæ ex eis sunt insipida, quandoque multùm conferunt in æstate.

SCHO-

SCHOLIA.



Voniam vt scriptum est á Galeno lib.2.de alim.facult. capi.50. olera exiguum illudque prauũ præbent corpori nutrimentũ, illis tantum in via medicinæ est vtendum, & sic intelligendus est Hipocrates quando libro de salubri diæta oleribus vti suadet,& sic interpretandus est locus præsens Auicenæ,quo docet olera cholerica hyeme multum prodesse, intelligit namque per talia olera,quæ calida sunt:omne enim [n] calidũ naturam biliosi humoris videtur sapere, & vt frænum dicitur pituitę sanguis,sic etiam bilis ipsius pituitæ contemperamentum vocari potest.

[n] Calidũ naturã biliosi humoris videtur sapere.

Sed dices, qua ratione caliditas olerum percipiatur? respondeo per saporem,odorem,& alia,quibus vires medicamentorum explorantur:si enim calida fuerint olera bonum odorem illumque acutum habebunt, vt colligitur ex Galeno libr.4. de simplicibus medicamentis cap.primo, & ex Auicena in opere canti.text.122.&.ex.2. canone cap.3.illudque inculcatum est ab Arist. 12. problem.probl. 3. &.20. eiusdem operis problem.16.quibus omnibus in locis fate-

tur

o Odorabilia semina, esse calida.

tur Aristoteles o bene odorabilia semina calida esse, per gustũ certius de olerũ tẽperamẽto poterit iudicari, quia si acutũ saporẽ habuerint, fatendũ est esse calida, vt ingenuè traditum est à Gale. lib. 4. sim. cap. 3. & ab Auicena. in. 2. canone cap. citato. & hæc hyemali tempore medicinæ gratia modicè poterimus gustare. Illud tamen diligenter animaduertendum est, eos qui ventriculos habẽt debiles, ab his fugere debere, etenim olera calida, vt beta in ventriculo imbecilli prasinam & viridem bilem gignit, vt elicitur ex pręceptis Gal. lib. 2. de tẽperamentis & clarius lib. 2. prognost. 39. vbi literis mãdauit porraceã bilẽ propter quorundã cruditatem esculentorum, aut olerum, qualia sunt beta, cæpa, brassica & similia, generari, hoc idẽ pariter lib. de atra bile ca. 2. ait. §. in ventriculo porri figura alia quædam gignitur, græci vocant prassoides à porrorum colore nomine desumpto.

p Taddæus, & Vega taxantur.

Taddæus medicus Põtificius, nec nõ Christophorus Vega p Oribasiũ legẽtes lib. 2. sui cõpendij ca. 8. vbi, quæ sunt secũdi ordinis refrigerantiũ recẽsens pro blito legit betã, locumq; Arist. lib. 3. probl. problemate. 17. male intellectum, vbi brassicam frigidã esse

astruit

astruit Arist. hæc duo olera frigida esse crediderunt: qua re in recogitamus eos fuisse hallucinatos. Etenim ipse Oribasius apud meũ cõtextũ in lib. 14. ca. 21. describẽs frigida olera non betam, sed blitum legit, Arist. q verò si solum partes frigidas brassicam habere putauit, nõ minus proculdubio deceptus est, cùm apertè inspiciamus hæc olera lib. 8. de compositione secundum locos tũ digerere, tùm detergere, per nares purgare, ventrem subducere, vt etiam præter alia loca legimus lib. 2. de aliment. facult. cap. 43. &. 44. & apud Auicenam scriptum est in. 2. canone capitu. 633. quæ quæso, quomodo possent hæc peragere, si calida nõ essent Adde Galenum iam olim illud idem contra Erasistratum lib. 2. de alim. facult. conatum fuisse demonstrare, dum habet betam multam bilẽ cõtinere. Aui. huius rei conscius quando lib. hoc olera cholerica cõmendat, præcipuè hæc intellexit, & quoniã ista, vt iam diximus calida sunt, perperàm r faciunt qui illa febricitantibus exhibent, nam si Galenus aliquando illa porrigit febrientibus lib. 5. de sanitate cap. 9. hoc facit alijs ad appetitũ cibis tẽtatis priusquã ad betam deueniat, nec ipsam solã sed maluis, & attri-

q Explicatur Aristo. libr. 3. prob. probl. 17.

r Taxantur medici, qui brassica. & beta vtuntur in febribus.

attriplicibus permiſtam concedit, vt colligi poteſt ex ſerie verborum eius. Verum dices coctam poſſe dari quia ſic omnem deperdit nitroſitatem, verum hoc eſt, ſed illa nitroſitas omnis in iure remanet, & beta ſic elaborata nihil addet vtilitatis, nam in ſimilibus febribus nihil [f] magis exoptamus quã ventrem habere lubricum, quod minimè conſequeris, ſi illam abſque iure porrigas vt clarum euadit ex Galeno lib. de theriaca ad Piſonem cap. 4, poteris tamen vtiliter betam exhibere cum ſuo iure illis, qui [t] iecoris, aut lienis obſtructionibus detinentur, & præſertim in tempore hyemali, quia humores Craſſos, viſcidos, ac lẽtos bene poterit, excutere & abſtergere, vt Galenus [u] noſter lib. 2. de alim. facult. cap. 43. eſt Author, quem ſecutus eſt Paulus in libr. primo ſui operis cap. 4. vbi in hæc deſcendit verba, iecoris, lieniſque meatus aperit. Idem aſſeruit Dioſcorides libr. 2. ſuæ materiæ medicinæ cap. 116. candida, quam ſiculam vocabant, & ſiclæ nomine multi intelligunt ad hæc nigricãte eſt aptior, vt & Dioſcorides, Ruellius Lacuna, Amatus, Plinius, alijque ſignificarunt.

f Quid exoptat medicus in febribus.

t In quibus morbis beta, laudatur.

u Gal. & paulus vbi illam laudant pro multis morbis & febribus.

Quod

QVod si alicui necessarium nutrientia comedere mala, paucis vicibus, & nõ frequentibus eis vtatur, & cum eis misceat, quod sit eis contrarium. Et cui res dulcis nocumentũ præbet, acetosa bibat, sicut acetum, & granatt, & syrupum acetosum factum ex vino acri & cydonijs & his similibus, & vsum habeat euacuãdi, & cui acetosum nocuerit post ipsum mel sumat, aut vinum antiquum & hoc faciat quidem ante maturationem & digestionem.

SCHOLIA.



I aliquis necessitate fuerit compulsus, vt cibis mali succi vtatur, oportet, vt illa in pauca quãtitate, & pluribus vicibus accipiat, vt melius illis natura dominetur, nullumque inde sequatur detrimentum, & si dulcia ei nocuerint, acetosa dulcibus immisceat, quia x acetosa obstructiones, quas dulcia generant, aperiunt, ac reserant, & humiditates, ex quibus illa trahunt ortum exsiccant, vt Gal. Author est fidissimus lib. 2. de aliment. facult. cap. 21. hanc eandem sententiam Aui. inculcauit in opere canticorũ

x Acetosa obstructiones aperiunt.

textu. 19. §. cibi sunt permiscendi humidi cum siccis, & dulcia cũ acetosis: hoc idem literis tradidit Isacius lib. 25. cont. cap. primo. hac ratione, si aliquem acetosa lædunt, vt periculum læsionis subterfugiatur, acetosis dulcia immisceat, sic optimum erit post res aceto conditas melle vti, aut vino antiquo, quia hæc cũ sint calida rerũ acetosarũ frigiditatẽ infringẽt ac retundent, ex aceto enim ac melle mistis non multa generari poterit frigiditas; vt docta est Galeni sententia lib. 4. simplicium medicamentorum, hac de causa ipse Galenus lib. 1. de locis affectis cap. 4. ne cibus in ventriculo acescat, mel laudat, & extollit.

ET similiter vnctuosi nocumentum pontico emendatur, sicut sunt castaneæ, & grana myrti, & siliqua de Syria, & Alnabac, & zarur. & amaro sicut enula muraba, & salso, & acuto sicut cauguame, & allijs & cæpis, & econuerso, cum vero alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus cum subtilitate ipsum nutrientibus laudabilibus copiosè refice, & illum, cuius corpus facile fuerit ad digerendum, nutri humido, quod velociter digeratur. Gale. inquit nutriens humidum illud est, quod ab omnibus

nibus qualitatibus est separatum, & est quasi insipidum, nec est dulce, nec acetosum, nec amarum nec acutum, nec ponticum, nec salsum. Rarum præterea est magis tolerans nutriẽs grossum quam solidum. Nutrientia vero sicca continuò comedere, fortitudinem cadere facit & colorem corrumpit, & naturam siccat.

SCHOLIA.



Quia vnctuosa, vt supra explicauimus, & Galenus docuit lib. de oculis, stomachum relaxant, necesse est post illa pōticis edulijs vesci, quæ ventriculũ firmant, & corroborant, vt sunt castaneæ, & grana myrti, de quarum natura non erit inutile tractare, ne per ignota studiosus lector procedat. Gale. lib. de bonitate, & vitio succorũ ca. 4. castanearũ meminit, dicitque esse de genere glãdiũ, hominiq; suauẽ cibũ prębere, quod similiter scripsit Rasius lib. 3. ad Almansorẽ ca. 20. & Auerrous lib. 5. suorum collect. & Haliabbas in. 5. suę the. capi. 22. nec non Isacius in part. qui omnes asseruerunt facilius concoqui quam glandes, & de illarum esse natura, minoremque

habere ponticitatem, quod non minus assertum est à Galeno lib. de bonitate & vitio succorum capit. 3. vbi docet excepta castanea omnium arborum fructus esse mali succi, qui locus aduersatur alteri eiusdem Galeni lib. de rat. victus attenuante capite. 10. vbi hæc à Galeno tradita sunt, castaneæ verò siuè elixẽtur, siue assentur, siue denique frigantur, semper sunt prauæ, & multo magis si crudæ mandantur.

y Interpetrãtur multa Gal. loca.

Dicendum y est loca Galeni sic esse cõciliãda, vt per hæc verba adducta lib. de ratione victus attenuante intelligat Gal. castaneas difficilis esse coctionis, & prauum succum generare, si bene non coquantur, vt etiam insinuauit lib. de bon. & vit. succ. capit. 4. §. vocantque palmarum glandes & cæt. hoc modo est interpetrandus Auicena quando in. 2. canone capit. de glandibus dicit castaneas z esse difficilis, ac tardæ coctionis, boni tamèn nutrimenti, hæ quia capitis dolorem inducunt, flatus generant, corpus obstipant, & ægrè digeruntur, non sunt liberaliter comedendæ, sed magis illis vti debemus pro medicamento quam pro cibo: quod etiam voluit Dioscorides lib. 5. sui operis cap. 121. hæ glandes a Iouis appellan-

z Quales sint castaneæ.

a Castaneæ Iouis glandes vocantur.

lantur. Dioscorides nihil fere aliud ex castaneis laudat, quam pelliculam illam, quæ carni ipsarum adhæret, quia magis quàm cætera coria constringit, variasque compositiones ingreditur, vt est vnguentum [b] de comatissa, & emplastrum de corticibus castaneæ carnem exhibebis illis, qui hermodactilũ colchicon biberunt, est nanque huius alexipharmacum, & stomachum laxum ex cibis vnctuosis constringit.

b Vnguentũ de comatissa.

Grana [c] myrthi inter ea, quæ ventriculum laxum confirmant, commemorat hoc loco. de quibus ipse Auicena in. 2. canone cap. 457. scripsit esse frigida, & sicca, parum nutrire, & serapijs esse idonea, eorũque succum, ac oleum radices capillorum firmiores efficere, illisque robur, & firmitatem indere, ipsos denigrare, ventriculo robur impertiri, cursum excrementorum in ventriculum cohibere, & retardare. [d] Syluius lib. primo de simpl. medi. natura grana siuè baccas recentes, plenas, succulentas, odoratas, grandes, & bene nutritas eligit. Antiqui, [e] vt refert Musa in lib. de examine simpl. hoc semine propipere vtebantur, & in summo honore habebant, nunc sacharo conditur, optimum varijs ægritudinibus condimentum,

c De granis myrti.

d Syluij opinio.

e Semine myrti antiqui propipere vtebantur.

f Puluis seminum myrti ad quid sit vtilis.

g Syrupus myrti.

h Contra venenosos fungos medicamentum parari ex frondibus myr

tum, & ægris magnopere placens, ex eisdẽ granis cum alijs, vt Author est Mesues, Puluis f ad lubricitatem ventriculi, & viscerum, & præcipue ad lienteriam, conficitur, & idem medicamentum describit Serapio in suo Antidotario ad diarrhęan antiquam curandam: serapiũ ex myrto concinnatum g sanguinis fluxum immodicum coercet, & vt Dioscorides libr. pri. sui operis capitu. 127. Author est locupletissimus, vteri procidentiæ, & lapsui eiusdem decoctum remedium esse egregium constat: redactis in puluerem frondibus & semine myrthi h paratur medicamentum, quod eis succurrit, qui fungos maleficos manducarunt, vt Ruellius supra Dioscoridem testatum reliquit. Vide Galenum libr. 2. de alim. facult. capitu. 18. & lib. 5. de compositione secundum locos & lib. de dissolutione continui cap. 22. cætera nostra non indigent enarratione, quoniam ex ijs quæ supra sunt inculcata, constant.

ET ex vnctuoso fit ociositas; & aufertur desiderium, ex frigido fit ociositas & subtilitas, & ex acetoso fit senium & similiter ex acuto ex salso fit stomacho nocumentum, &

salsum

salsum etiam impedit oculum amplius cùm vnctuosum nutriens & conueniens comedere post malum nutriens corrumpet ipsum.

SCHOLIA.



Proprietates [i] vnctuosi saporis supra inculcatæ sunt, nunc autèm non erit absurdũ, nec à philosophica contemplatione alienũ, nonnulla de ocio pertractare vt textus hic melius intelligatur ociũ Authore [k] Gal. lib. 2. de locis affectis cap. vltimo à causa frigida solet prouenire, hæc enim corpus animalis ociosum, & ad motiones pigrũ reddit, quod similiter facit, causa humida, nã dũ adsunt multæ humiditates præsertim si sunt caliditati admistæ principio neruorũ teste Gale. lib. 3. aph. 5. [l] humectato, & circa volũtarios motus pigritiam euenire, & veluti in se ipso dissolutum hominem apparere necesse est, quod etiam scriptum reliquit Auic. in prim. primi doct. 6. ca 3. §. & frigiditas [m] quidẽ est paralyticũ faciẽs, & mortificans & cæt. nascitur igitur ocium tum à causa frigida, tum ab humida. hyp. lib. illo de aere, aquis, & locis certò,

i De ocio.

k Vnde ociũ nascatur.

l Humectato cerebro homo dissolutus videtur, & ocio torpescit.

m Quid faciũt frigida.

ſciens timiditatem ab eiſdem etiam cauſis oriri in capite. 12. ſic dicebat, augetur n itaque à deſidia, & ocio timiditas. & cæt. non alia de cauſa Galenus, quia ocium ab omnibus prohibet operationibus, aſſeruit libr. 3. de officina medicatrina text. 28. in illo degentes effœminari, ocium o pingue reddit corpus, vt apud Galenum legitur. 6. de Anatomicis adminiſtrationibus, & apud Ariſt. 1. probl. problemate. 14. §. quia ventrem impinguat, & lib. 14. eiuſdem operis probl. 7. ſic ſcribebat. p putrefit quieſcens, & Galenus Ariſtotele iunior lib. de tremore, rigore, & palpitatione in eadem fuit ſententia. §. quies eſt corruptio corporibus, quæ moueri indigent. huius ſententiæ non ignarus Ouidius ſic carminibus ille cecinit in libro de Ponto.

n Timiditas quibus augetur.

o Ocium vt corpus impinguat.

p Ocio corpus putrefit.

q Ouidius.

Cernis q, vt ignauum corrumpit inertia corpus,
Vt capiunt vitium, ni moueantur aquæ.

Quòcirca ſi tot tantaque ſunt ocij detrimenta, omni cura illud eſt fugiendum, declinandaque ſunt omnia alimenta, vt ſunt vnctuoſa, & alia, quæ ipſum generant, & canat iam ſanitatis ſtudioſus verè cum eodem poeta.

Ocia

Ocia [r] nullus amet, nisi sint coniũcta labori
Nàm nimia requie mortificatur homo.

r Ouidius.

NVtriensque quoque viscosum est tardius ad descendendum, & similiter citroli cũ suis corticibus velocius descendunt quã ex corticati, & similiter panis cum suo furfure velocius descendit, quam cribellatus.

SCHOLIA.



Iscosa alimenta, quia sunt tenacia, multumque partibus adhærent, tardè permeant, tardeque digeruntur, vt docta est Galeni sententia libro de dissolutione cont. ca. 4. & propterea scriptum est in eodem libro à viscosis cibis obstructiones oriri, quod etiam est assertum lib. 3. de symptomatum causis capi. 2. & libro de differentia morborum. hac de causa, quia ex alimentis viscosis obstructiones generantur, dictum est lib. 3. de locis affectis cap. 7. à viscoso, lentoque humore meatuum obstructionem fieri Auicena docet [f] hic citrolos cum suis corticibus velocius descendere, quam excorticatos: meminit

f De citrolis.

illorũ, quia crassum & viscosum succũ generant, vt est sapiens Galeni opinio & Serapionis, & Isacij in part. diętis dicentis frigidos esse in fine. 3. gradus, & crassam pituitã parere, & viscidam, quod etiã Aui. in. 2. canone cap. 180. testari visus est: hi [t] si cum suis corticibus deuorẽtur, celerius descẽdunt, quia cortices illorum tantilla acrimonia sunt pręditi. De citrulis, & eorũ natura vide Gal. lib. de ratione victus attenuante cap. 2. & lib. de cont. dissolutione, vt interim alia loca omittamus, qualis est locus Gale. ipsius in libr. 2. de aliment. facult. ca. 37. vbi in citrulis tres partes considerat, & de tertia parte nimirum cortice, asserit esse aromaticam, bene olentem, concoctu difficilem, vt pote durã & callosam, ventriculoq; , vt medicamento si ea vtaris esse vtilem: [u] pars acida citrulorũ vt Galenus loco cit. est testis, si in acetum imbecillum inijciatur, illud reddet acrius, ex acido ipsius citruli cõficitur syrupus ad febres ardentes, & pestiferas vtilissimus, & [x] ab omnibus pro morbo puncticulari cõmendatus. Illius faciendi modum, Mesues egregiè in suo Antidotario tradit, & similiter Euonymus in suo thesauro capitu. de distillatione per filtrum, & Vlstadius capitu. 56.

t Cum corticibus sumpti citruli celerius ex stomacho labuntur.

u Pars acida citruli in acetum si inijciatur, illud reddet acrius.

x Mercatus de curat. febris malig. & Torrens de feb. pũcti.

tu. 56. Franciscus de Pedemontium pro ebrijs & illis, qui vertigine detinentur, de qua y in nostra praxi, admodũ extollit, ex corticibus eiusdem fructus pro ventriculo frigido, & bono oris odore comparando concinnari apud nos solet serapiũ, quod Auic. in. 5. canone sub nomine syrupi delectabilis adducit, vt etiam fecerunt Serapio in suo Ant. & Haliabbas in. 4. pract.

y Pollicetur librum de praxi Medica.

LAboriosi præterea Regimen cum subtiliatur & post rem comedit grossam, sicut Rizum cum lacte, post famem acuit sanguinem, & fit vt ipse ebulliat, vnde minuitionis prouenit necessitas, licet non multùm ante fuerit minutus, & similiter iram habens.

SCHOLIA.



Voniam labore, ac ira multa docente Gal. libr. 3. de difficultate respirationis cap. 12 calor acuitur, necesse est, vt illis qui his affectibus sunt correpti labore, atque ira, humores exacuantur, ac bilescant, & sic aliqua euacuatione indigeant, quæ autem debeat esse ista euacuatio, z non satis inter

z Auic. interpretes taxantur.

alios interpretes constitit. Quare probabilius arbitramur faciendam esse per alui subductionem, hæc enim est, quæ humoribus à sanguine diuersis peccantibus debetur, vt infrà declarabitur, & latiùs quam à Galeno est scriptum lib. de curandi ratione per venæ sectionem capi. 6. &. 7. Adde non sine dedecore, qui hac in re Auice. sunt [a] commentati fuisse hallucinatos, nonnè clarum euadit eos, qui cum anteà labore aut ira essent oppresi, & postea crasis alimentis sunt vsi, & biliosos, simulque pituitosos humores esse coaceruaturos? qui nulla alia re, nec promptius, nec facilius solent deponi, quam vomitu, aut ventris fluxu: non erit igitur causa ob quam nostri in huius contextus expositione cæcutirent, arbitrantes Auicenam de minuitione per venæ sectionem fuisse locutũ, non minus hac euacuatione indigebunt illi, qui post famem perpessam rizum cum lacte comederint, etenim famis interuentu calor excitatur, ebullit, ac non minus in bilem transmutatur, & propter vsum rizi cum lacte crudi humores oriuntur, quibus per ventris excretionẽ purgatio, si humores sint copiosi, est admodum opportuna. Iram [b] bilẽ generare traditum

[a] Carpuntur alij Aui. interpretes.

[b] Irabilẽ gignit ex Gal. 10. met. cap. 4. & lib. 3. epi. sect. 1. text. 10.

tum est à Gale.lib.3.epidemion sect. prima text.10.& lib.10.methodi cap.4. fuliginosa recrementa procreare protulit.hac ratione intelligendus est lib.6.sanit. tuẽdæ capi. 3.quando dicit iracundia febres acutas fieri, sic etiam intelligetur locus hypocratis lib.4.de ratione victus com. 4. dicentis ex ira causonidem febrem fuisse ortam.

SCire præterea debes, quod dulce nutriens rapit natura, antea quam maturescat, & digeratur, & corrumpit sanguinem.

SCHOLIA.



Vnt dulcia nostræ naturæ adeò similia, vt nihil posſit nos nutrire, nisi dulcedinis sit particeps, si fides est habẽda magno Galen.lib.4.simp. cap.3.& Auic.in.2.can.tract.primo capi.3. & Arist.in lib.de sensu, & sensibili capit.5. propter hanc similitudinem, & familiaritatem dulcium cum nostro corpore fit, vt Authore Isacio lib.de vni.dięt.cap.4. c dulcia à visceribus celeriter attrahantur, quod multo ante Gal.docuerat lib.3. de rat. vict. in

c Dulcia à visceribus celeriter attratur.

in morbis acutis text. 11. sub bis verbis melle siquidem ob dulcedinem delectantur tũ viscera, tùm venter. quò fit, vt tùm citius tum raptim magis alliciant & cæt. quod cũ ita se habeat, dulciaq; anteaquã probe sint cocta, & elaborata attrahantur, par est ipsa cruda simul cũ humoribus, quos vna deferunt, in viscera attracta obstructiones parere, quod intelligens Galen. libr. 13. meth. capitu. 14. dulcibus omnibus, tum iecur tùm lienem intumescere literis prodidit, & hoc præsertim [d] efficiunt dulcia crassæ, glutinosæque substantiæ, nam quæ tenui & subtili substantia sunt prædita, si parce deuorentur, visceribus non poterunt nocere, de his dulcibus venit intelligendus Auicena, quando fen. 13. 3. tr. primo capi. 20. de dulcibus scribit Iecori, & lieni conuenire: & de illis est interpretandus ipsemet Auicena, [e] quando in præsentiarum sanguinem corrumpere docet, & Galenus Iecori, lieniq; nocumentum inferre libr. de dissol. cont. contendit.

d Quæ dulcia obstructiones magis pariãt.

e De quibus dulcibus est interpretandus Aui. hoc loco.

At dices [f] quomodo dulcia sanguinem corrumpant? nàm nòn videtur, ex esu dulcium sanguinẽ suaptè natura dulcem posse corrumpi. [g] Respondendum est ex esu dulcium

f Dubium.

g Responsio.

cium crassæ, glutinosæq; substantiæ, sanguinem corrumpi, vel quia dulcia deuorata in bilem transmutantur, Iecori caliditatem inferunt, aut quia efficiunt eorum interuẽtu formam deperdat suã, & aliã de nouo assumat: veruntamen ne aliquis hallucinetur, aduertendũ est, quod [h] dum sanguis solum magis calefit suam formã non amittens nõ potest dici propria locutione corrũpi, corruptio enim teste Arist. li. 2. de ortu, & interitu ca. 5. dicit [i] formę antecedẽtis mutationẽ, & alterius de nouo susceptionẽ. Sed dicet aliquis esto, quod sanguis propriè non corrũpatur sed tantũ propter esum dulciũ acquirat immodicã caliditatẽ, qua diu non poterit cõseruari, toto [k] eo tẽpore, quo eam caliditatẽ habuerit, si excitet febrẽ, quæ illa erit, in quo febrium genere erit collocãda?

h Quando sanguis non dicitur propriè corrumpi.

i Quid importat corruptio.

k Quam febrẽ sanguis plus iusto calefactus excitet.

Occurrendũ est eam febrem esse de genere [l] diariarum plurium dierum, vt cõstat ex Galeno lib. 9. metho. cap. 2. quod si bilis præter dulcia calefiat, ac inflammetur, certè febris oborta non erit nisi ardens vt elicitur ex Galeno libr. primo ep. sect. 2. text. 20. & 73. quibus in locis agens de febre ardenti asserit, quòd vtcunque accendatur [m] flaua bilis in venis propinquis cordi cõcitatur

l Febris diaria plurium dierum, quæ sit.

m Accensa flauabile febris ardens cõcitatur.

tatur

tatur febris ardens. Eandem sententiam visus est insinuare idem Galenus libro. 4. de rat. victus text. 12. Non est tamen fatendum eam febrem si concitetur posse largo tempore perstare sine eo quod in putridam commutetur,[n] quia cum bilis sit naturæ nostræ admodum molesta, si vehementem caliditatem concepit, adhuc fit molestior, & eam non tuetur natura à corruptione, sicut sanguinem qui citra putrediné & corruptionem potest febrem gignere, eaque potest aliquo tempore permanere absque eo, quod in putridã abeat, est náque sanguis[o] nostræ naturæ admodum familiaris teste Galeno lib. 3. simpl. capitu. 27. & propterea adeo conseruatur ab eadé natura, vt feruescens excitet febrem citra putredinem nec contrarium suadet locus[p] Galeni lib. 2. de differentijs febrium cap. 1. quando ait ex bile flaua, aut atra, ex pituita nunquam febré concitari citra putredinem quantumcunq; exuperent illi humores, quod similiter visus est significare in lib. primo eiusdé operis cap. primo: non suadent, inquam contrarium loca ista Galeni, quia sic sunt intelligenda, ex bile aut flaua, aut atra non potest febris[q] generari, nisi accedat alia causa quę

n Bilis præ suo calore est nostræ naturæ admodum molesta.

o Saugnis nostræ naturæ est admodum familiaris.

p Explicatur Gal. lib. 2. de diff. feb. c. 1.

q Declarantur loca Gale.

vel est putredo, vel ebullitio, & hic est verus ac Germanus verborum Gal. sensus, & à plærisque doctis receptus, faciunt ergo dulcia, vt sanguis putrefiat, & interdum corrumpatur, putrescens autem febrem excitare potest manente adhuc sub sua forma, nec alterius febris circuitus, & periodos assumet quoniam putrefactio longè à corruptione differt & per sanguinem putrescentem non intelligimus corruptum, sed tendentem ad corruptelam: putrefactio enim, Authore Gal. li. 11. methodi c. 8. [r] mutatio est corporis putrescentis ad corruptelam & quod hoc posit contingere deducitur ex Gal. li. 6. Ep. sect. prima text. 2. & li. 9. methodi cap. 2. ipse Galenus concedit ex sanguine putrescente putrescentem febrem generari, sanguine haud quaquam alterius febris periodum arripiente: vnde colliges falso ac temere Auicennam [s] in prima. 4. tract. secundo cap. 44. scripsisse Galenum nunquam huius fuisse opinionis, cum satis clarum perspicuumque sit ex locis citatis [t] Gal. sibi existimasse sanguinem putrescentem febrem putridam gignere, quæ febris sanguinis & non biliosa est nuncupanda, & sic non immerito Conciliator differentia

r Quid sit putrefactio.

s Taxatur Auic.

t Defenditur Gal.

99. asserit Auicennam Galeno istam sententiam imposuisse, vt ipsum dilaceraret, nõ posseque de hac re cõstare, dubiamque esse sententiam, & ambiguitatibus plenam vt dicit Auerrous in lib 4. collect. cap. 31. sapit hæc febris ex putredine sanguinis orta naturam biliosæ, quia cum sanguis putrescit, vergit ad naturã flauæ bilis, & hoc est quod Galenus significabat in lib. 2. de rat. victus text. 30. quando dicebat ex sanguine vtramque bilem posse fieri, nec traditam à nobis sententiam euertes, si dicas Galenum libro. 2. de diff. febrium cap. 9. §. quare non procul à vero &c. asseruisse febris ex putrescente sanguine genitas [u] tertianæ periodes assumere, non euertes, inquam nostram ob Gal. testimonium, sententiam, quia verba Galeni non sunt pingui minerua intelligenda, sed altius sunt interpetranda, & hoc modo si febris ex sanguine putrescente oriatur illa initio sui ortus non est biliosa, sed in fine postquam iam sanguis omnino putrefactus est, & à sua forma ac temperie omnino alienus, tunc enim iam non est sanguis sed flaua bilis & atra.

u Sic in pleuritide & phrenitide decessiones fiunt per impares dies vt plurimũ. 1. Aphor. 12. in Com. explicatur Gal. libr. 2. de differ. feb. cap. 9.

x Obiectio.

Sed [x] dices si sanguis postquã est omnino putrefactus, ac corruptus iam bilis flauę

& atræ

& atræ formis est ornatus nó poterit febris ex putredine sanguinis esse simplex, sed cõ posita? Dic [y] simplicem esse, nec obstare, quod partes crassiores sanguinis in atram bilem degenerauerint quia illæ tam paucæ solent esse, vt non possint variare speciem febris? [z] quod si iterum subijcias, quæ nam sint mitiores febres, illæne quæ ex sanguine putrescente oriuntur, an quæ à bile putrida emanant? y Solutio. z Altera obiectio.

Occurrimus [a] propositam dubitationẽ soluisse Gal.l.2.de differentijs febrium c.9. vbi sic scripsit, quare non procul à vero est existimandum sanguinem ipsum nonnunquam in ijs, quæ inflammationem patiuntur particulis, subire putredinẽ, ex quo simpliciores quidem quam ex alijs humoribus febres fieri &c. a Soluitur obiectio.

Nec [b] huius contrarium li.de atra bile c. 5.& li.6.aph.53.asseruit Gal.& certè hoc rationi est maxime consentaneum, vt febris ex putredine sãguinis orta sit multo mitior & multo [c] simplicior quã cęterę febres ex alijs humoribus genitæ, retinet namque genitum semper naturam corrupti, & hoc peritus medicus non negabit, si contẽpletur suauitatẽ, & lenitatẽ caloris, & symptomatũ b Locus, qui vt detur obiectionem facere. c Febris ex sanguine mitior est cæteris febribus.

febris ortæ ex putredine sanguinis est nanque calor in hac febre multo mitior, multo suauior si carnes ægrotantum attingas, vt quotidiana obseruatione cognouimus, & Hip. & Gal. li. 6. Ep. sect. 1. tex. 29. docuere & Paulus lib. 2. cap. 27. & Aetius [d] in quaternione 2. necnon [e] Trallianus lib. 12. sui operis sunt testati, illud tamen non prætermittam, nimirum quod quanuis ex sanguine putrescente non concedatur febris perioda, posse nihilominus cõcedi, si ad amussim causas circuitus & periodicationis febrium intuearis, nec sunt audiendi illi, [f] qui oppositum asserunt, hoc pro vero, vt verũ est mihi semper suasi, & à Gentili in. 1. 4. tr. 2. cap. 1. supra Auicennam etiam est assertum in dubio 27. de qua re alibi opportunior disputandi dabitur occasio, nunc ad alia Auicennæ verba enucleanda transeamus.

d Aet. qua. 2. ser. 1. c. 78.
e Trall. li. 12. ca. 3.
f Taxãtur oppositũ sentientes.

NVtrientium quoque iudicia, quandoque fiunt ex parte complexionis, & compositionis ac miscellæ cum ipsis, experimentatores nanque Indi; & alij iam dixerunt, quod lac cũ rebus acetosis edendum non est, nec pisces cum lacte, quoniam inde ad ægritudines peruenitur

per

permanentes, sicut lepra, nec comedi debet mest cum Raphanis, nec carnibus volatiliũ nec san guis post rizum cum lacte.

SCHOLIA.



I multa g nutrientia in vna mẽsa accipiamus, grauiter lædemur, præsertim si illa varias obtineant facultates, vt si lac cum reb' acetosis edas, experientia nanque atque quotidiana obseruatione inuentum est, vt hic in præsentiarum docet Auicenna, & Arnaldus de Villanoua in suo de Reg. h Salernitarum scripsit lac si cum piscibus simul accipiatur, ex horum alimentorum coniunctione graues, & diutinos morbos generari, vt est lepra, græcè elephantiasis dicta, idẽ quoque fiet, si aceto cum lacte, & raphanis vescamur, huiusce rei hæc potest reddi ratio, lac facili negocio in ventriculo acescit, & promptius ac celerius acescet, si cum acetosis, quæ sunt frigida suapte natura deuoretur, ex hac lactis acetositate in ventriculo crudi humores generantur ex copia crudorum humorum, qui quæso morbi non possunt fieri? si quidẽ verè ab Auic. i traditum est

g Non esse multis cibis vtendum in eadem mensa.

h Pisces simul cum lacte non sunt gustãdi.

i Cruditas omnium morborum mater.

est cruditatem omnium morborum esse pa rentem, ex hac miscella alimentorum lapis in renibus nascetur, quia raphanus lac reddit terrestre, eiusque partes suo calore absumit, & crassas magis incrassat, de lapide in renibus vide nostram praxin.

K De lacte.

Locus hic Au. diligētē expostulat enarrationē, quare cū [k] sæpe hic lactis fiat mētio, nō erit alienū ab instituto nostro pauca de ipso subiūgere, & in primis de eius natura Ga. [l] li. 1. de sa. dicebat lac esse sanguinē exiguam in mamillis mutationem adeptum, quod etiā pariter edocuit li. 16. de usu part. & libello de anatomia viuorum, ac in opere de spermate, si hæc Gal. sunt tribuenda, hanc eandem lactis descriptionem Aui. [m] insinuauit fen. 13. 3. illáque literis mandarūt Isac. in ca. 17. doct. 5. & Mes. ac conciliator differentia. 158. ex quibus intelliges, lac cuius sit temperamenti, illud est optimi succi teste [n] Gal. l. 3. de ali. fac. & lib. de bonitate & vit. suc. c. 4. & lib. 1. aph. tex. 64. §. lac vero bene concoctum nutrit, & bonos facit humores &c. facile quòque concoquitur, distribuitur, quia humidū est, & liquidū tenuēque habet substantiā, quæ verò ità se habēt, facile alterātur, si fides est habēda Ga. [o] l. 2. aph.

l Ga. lib. 1. de sanitate c. 7.

m Au. fen. 13. 3. c. 1.

n Ga. lib. 5. de ali. fa. c. 15.

o ga. l. 2. aph. 11.

aph.& propterea scriptum est ab eodẽ Gal. lib.7.methodi cap.6.ritu seminis virilis cito immutari,& hoc idem voluit Aui. in. 2. canone c.149. vbi optimum lac cerebrum augere,corpus incrassare,& humectare, pectus lenire,antiquam tussim euertere,multiplicato semine ad venerem excitare,posteritati commendauit,si temperiem illius velimus rimare,causa eius materiali considerata,aut quatenus actu corpus nutrit, affirmare poterimus esse calidũ, & sic interpetrandus est Ga.l.3.de temp.quando dicebat esse calidum,p Isaciusq; in doct.5.ca. 17. scribens esse calidum in principio tertij gradus & hoc modo optime possunt cõciliari Gal. ac Isac.quando ille li.4.sim.c.17.& 8. eiusdem operis c.2.ad frigiditatẽ declinare asseruit,& hic calidum esse testatum reliquit loco cit.quanuis non desiderentur viri docti, qui dicant Gal.locis citatis locutũ fuisse respectu corporis tẽperati,respectu cuius frigidũ est,nec hoc Isac negasse, lac vt deducitur ex Galeno lib.3.q de alim.facult. & lib. de bonitate,& vitio succor.cap.4.& 7. methodi cap.6.& 4.simp.folio.73.& lib. 2. de alim.facult.cap. 5. non est corpus similare lac , sed ex tribus substantijs confiatum,

p Conciliantur Ga. & Isa.

q Ga.lib.3.de ali.fac.c.15.

quæ habent propias naturas, & ex illis resultat corpus humidum,& frigidũ, vt egregie cõsiderauit [r] Haliabbas li.5.suæ theoricæ c.26.& Raſ.l.3.ad Alm.c.15.ſeroſa ſubſtãtia habet abſtergẽdi,& mũdificandi facultatẽ,& propter hanc lac etiã abſtergit, vt cõſtat ex li.3.de ali.fac.c.15.& li.5.[s] aph. & li.10.de facul.ſim.medic.c.de ſero præditum eſt lac vi conſolidandi,propter partes caſeoſas,quas continet quibus hoc eſt cõceſſum, ornatum eſſe,cũ illæ ſint ſiccæ , & aſtringẽtes,vt non ſiluit princeps Auicenna in.2.li. cap.cit.& [t] fe.13.3.tract.5.hinc fit,vt propter has facultates tum abſtergendi,tum conſolidandi,quas ſortitur,pro tabidis ab omnibus magnopere commendetur, propter hanc abſtergendi facultatem,quam ex ſero habet,fluxui ventris non eſt conueniens, & multo minus illud eſt propinandum, quando deiectiones ſunt bilioſæ,ſimulque inuadit febris,quia ſi tunc temporis lac exhibeas,cum febres acutæ à bile fiant, & lac prompte in bilem vertatur,deiectiones fiẽt acriores,ac magis intenſæ , & profluuium augebitur vt etiam Oribaſius animaduertit: eſt igitur periculoſum lac ſic affectis concedere,poteſt tamen ſecure propinari ſi ſit

ab

Haliabbas lib. 5.theo.c.26.

[s] Ga.l.5.aph. 64.

[t] Au.fe.13.3. tr.5.c.vlt.

ab vberibus recens mulctum, aut calybe, aut soleis ferreis, aut lapidibus coctum, & hic est verus, ac Germanus verborum Hippocratis, & Galeni sensus, quia hoc modo apparatum partibus acribus, & mordacibus est destitutũ & intestina abluit, & parte sua pinguiori vlceribus medetur, illisque collinitur sicut pinguedo, adeps, atque oui albumen. Nec est audiendus [u] Amatus Lusitanus, qui in secunda centuria in Scholio. 44. contendit in dysenteria, simul cum febre nullatenus conuenire, qui certe hallucinatur, etenim textus, quem pro se adducit ex lib. 4. de ratione victus in morbis acut. text. 113. nec in Græcis codicibus, nec in veteri translatione legitur cum particula, non, vt in eodem loco Ioannes Vaseus Meldensis ad marginẽ annotauit, & hæc fuit causa ob quam [x] Amatus turpiter lapsus est existimans præsente febre non esse lac porrigendum oblitus Galeni, qui in 5. aph. com. 64. explicans verba hæc diuinissimi Hip. & tabidis non multum febricitantibus videtur cõtrariũ significare & quod maius est, apertiusque Amati opinionẽ deuastare potest, ipsemet Hip. vt ex l. 1. Ep. in hist. Aretolai filij dysenteria simulq; cũ febre nõ vehemẽti,

u Taxatur à Amatus Lusitanus.

x Carpitur Amatus.

sed miti lac silice coctum exhibebat, & hoc
y Aet. ser. 9. est, quod significabat Aet. [y] in ser. 9. suæ me
dicinæ in his verbis. In principio igitur post
tertium diem permittentibus febribus lac
recens mulctum adhuc calidum dandum
est. Adde hoc solidum esse facere Auicen-
z Fen. 16. 3. nam, [z] vt deducitur ex fen. 16. 3. de cura
tract. 1. c. 4. fluxus ventris absolute, & tract. 2. c. 3. & Ale
a Alexander xander [a] li. 8. qui omnes febre præsente lac
li. 8. c. 9. acetosum aut lapidibus attemperatum suis
ægrotantibus non negabant.

Ex his quæ dicta sunt, colligat studiosus medicus eos aberrare, qui lac pro nutrimento non conuenire asseuerant, cum bene nutriat, & in bonum sanguinem possit transmutari, si corpus est mundum & prauis succis ac humoribus non est conspurcatum, & ausim dicere cum Auerroe li. 5. suorum collect. c. de humiditate animalium nihil esse lacte aptius ac idoneius ad restaurandum humidum deperditum, præsertim si fuerit lac muliebre, hoc enim nostræ naturæ est admodũ familiare, vt docta est Ga. sent. l. 7. met. c. 6. & multo magis erit familiare, magisque pro nutritione erit eligẽdũ, si sit propriæ ma
b Gal. li. 1. de san. c. 7. tris, vt Gal. [b] scriptis tradidit li. 1. de sa. tuen.
c Isacius. & hoc adeo est verum, vt Isacius [c] libr. de

vni.

vni.diæt.cap.17.asserat lac caprinum perfectum succum generare, ac temperatum si corpus excrementis careat, bene illud con coquatur, & digeratur, huius fuit sententiæ Aui.in 2.lib.c.449.§.lac est boni chimi, & facit exuberare sanguinem, augmentum facit in cerebro, & propriè muliebre, & ipse met Auicenna in Areola decorationis de eodem sic literis exarauit, & quando lac bibitur cum Zucharo, colorem efficit valde bonũ propriè mulierum, corporibus siccis maximè conuenit teste Rasio [d] li.3. ad Al. nec non Galeno lib.6.de san.tuenda ca. 7. vbi recenset lactis commoda, quæ omnia sunt intelligenda, vt ipse Galenus docet lo co cit.nimirum dummodo lac sit animalis boni habitus florentis ætatis.& pascua, qui bus vtitur, sint bona, & inculpata, illudque probe in venis alteretur, nec in hypocondrijs immoretur (quod nos etiam olim in nostra Apologia contra Placentinos, & Caurienses medicos literis cõsecrauimus) nam tunc tantum abest, vt bonum possit generare sanguinem, quin potius sanos ho mines, & valẽtes cachochimos efficiet, nec illis debet propinari, qui ipsũ maximè abhor rẽt, nã [e] inter alimẽta, & partes animaliũ est tacitus

d Raf.l.3. ad Alm.c.25.

e Inter alimẽta, & partes animalium datur sympathia.

tacitus quidam cõſenſus, aut diſſẽſus, poſt lac muliebre quod ſit eligendum dubium eſt inter medicos, nos tamen diſſidium conabimur pacare dicentes poſt lac muliebre, quod Auicenna [f] cæteris præfert, aſininum laudatur, & poſt hoc caprinum, & poſt ouinum, & poſt ouinum vaccinum quod & teſtimonio Galeni, & Auerrois in lib. 15. ſuorum Colliget, & Iſacij loc. ci. confirmari poteſt, verum enim vero arbitror hoc eſſe ſano intellectu intelligendum, nimirum ſi lac ægrotãtibus marcore, & phthyſi affectis ſit propinãdum, poſt lac muliebre nullum eſt pro eorum morbo depellẽdo aptius quam aſininum quia hoc omni lacti eſt ſubtilius teſte Raſio in 3. ad Alm. cap. 15. & hectici ac tabidi cum præ multa ſiccitate, ac ingenti marcore meatus habeant obturatos ac occluſos, ſi lac non fuerit tenue, non poterit ſe ſe per omnes inſinuare partes & canales. Huius fuit opinionis [g] Gal.. 5. de ſan. § quippe aſinæ lac tenue, ſeroſumque eſt &c. huius ſententiæ non oblitus li. 7. [h] met. cap. 6. in hæc verba prorumpit, atque optimũ quidem vt pote cognatum muliebre lac eſt, ſed quoniam exhiberi ſibi ceu pueris nõnulli recuſãt, vtique ceu aſinis aſininũ ipſis dari

con

[f] Auic. in 1. 3. tra. 4. c. 6.

[g] Ga. li. 5. de ſa. c. 7.

[h] Gal. l. 7. me. c. 6.

conueniet, id enim reliquis omnibus ad propositum affectum est vtilius, quippè cum tenuissimum sit, & minimè coagulatur, & quoquò versus ocyssimè in corpus digeritur & cæt. At sanis hominibus, bonaque temperatura præditis nullum aptius reperies ad nutritionem quam caprinum, & hoc asinino in sanis est præferendum, vt Galen. videtur significare in his verbis, supra adductis.§.ad propositum affectum, & libro de bon.& vitio succorum.cap.4.§.ac plurimus quidem apud nos est caprini lactis vsus &c. & nostræ sententiæ præter Galenum, Auicennam in.2.cant.cap.de lacte, & Rasius, ac Isacius, in proprijs capitibus astipulantur quemadmodum lac in sua specie bonum sit eligendum Galenus lib.7.methodi cap. 6. nos docuit, & Auicenna in 2.can.c. 449.

Euariat lac pro temporis varietate, nam venale aquosissimum est, hyemale crassissimum, Autumnale crassum, illud autẽ quod in principio æstatis colligitur, his omnibus melius censetur, vt ex Auic. loco citato, & Isacio de vni.dietis cap.17. & Haliabbate depromitur, quantũcunq; integrũ sit ac perfectũ hominibus pituitosis nocebit, & etiam illis, qui ventriculũ excrementis redundan tem

[l] Ll. 5. de san. c. 7.
Aui. in 2. can. c. 449.

tẽ sortiti fuerint, vt ex Gal.[l] depromitur, & ex Aui. in 2. canone cap. 449. senibus limpidi stomachi & sua natura calidis, ac siccis maxime est idoneum, adolescentibus calidam temperaturam habentibus minus quã adultis conuenit, præsertim si eorum ventriculi sunt admodum calidi, nam tunc, non nutriet, sed potius in bilem transmutabitur, vt Galenus[k] literis exarauit lib. 5. aph. coment. 64 & lib. 3. de alim. facultatibus c. 15. & lib. 2. atque 4. de sim. medicamentis quibus in locis hoc sæpe inculcauit dicens lac propter suæ substantiæ tenuitatẽ facile corrumpi, adeo, vt ventriculo calido in nidorẽ in frigido in acetositatem vertatur, cuius naturæ, & conditionis non oblitus Galenus commendat in li. 5.[l] de san. tuenda cap. 7. & multis alijs in locis suæ doctrinæ, nec omnes eo vtantur nec frequenter, nam ex diutino lactis vsu etiam in illis, qui illud probe cõcoquunt, graues ac difficiles morbi generantur, etenim nõnullis lapis in renibus suboritur, alij in vehementissimum dolorem dentium ac gingiuarum inciderunt, vt posteritati scriptum reliquit noster Galenus lib. 5. de valetudine cap. sæpius ac sæpius citato, & lib. 3. de alim. facul. quem secuti sunt

[k] Ga. l. 5. aph. 64. & 3. de ali. fac, c. 15.

[l] Gal. lib. 5. de sa. c. 7.

omnes

omnes recentiores, & Arabes, vt clarum euadet ex Auicenna vbicunque lactis meminit, & ex Auerroe lib. 6. suorum collectaneorum cap. de diminutione cibi, & ex Haliabbate lib. 5. suæ theoricæ cap. 27. & Rasio li. 4. suorum aph.

Preter hæc incommoda lactis aliud multo maius ex eius comestione euenire consuescit, nimirũ illius [m] in ventriculo concretio, quod malum adeo est ingens & mortiferum, vt lac sic concretum ac coagulatũ inter venena mortifera collocetur, vt apud Dioscoridem lib. 6. suæ rei herbariæ ca. 27. & apud Nicandrum scriptum legimus, qui in suis alexipharmacis quinque propulsatrices medelas contra tãtum damnum perscribit: grauissimus est morbus homini strangulationem inferens, vt constat ex Dioscoride loco citato, & ex Galeno lib. primo de symp. causis cap. 7. huic morbo celeriter est obuiandum, quia est periculum in mora. [n] Galenus li 11. simplicium pro hoc morbo depellendo summopere laudat coagulũ leporinum, & si hoc desideretur, poterimus quocunque ad manus habito vti, idem remedium laudibus extollit libello de rem. paratu facillimis cap. 27. & libro de Anti. docet

[m] Lac in ventriculo coagulatũ intervenena.

[n] Gal. lib. 11. simp.

docet acetum conuenire, quia incindit & extenuat, idem remedium Petrus Apponensis in.2.tract.de venenis cap.66. Franciscus Valleriola in loc.communibus tract.de venenis sunt mutuati, sed illud non tacebo perperam nonnullos in Galenum stomachari, quod vomere in hac passione statim iusserit, Dioscoridem autem multis laudibus, & encomijs afficiunt, quod vomitum statim fieri vetuerit , hallucinantur profecto hi omnes, & tãquam imperiti & parum prudentes sunt nihili faciendi, si quidem sua temeritate & imperitia lites ac discordias inter tam graues viros serere conantur: Dioscorides enim si loco citato vomitum prohibet, illum dissuadet cum alijs rebus vomitorijs fieri, quæ careant vi extenuandi & incindendi: Galenus vero tanquam diligentissimus medicus intelligens in hoc affectu in initio opus esse extenuatione lactis , & propterea oportere vt partes lactis postquã scissæ, atque extenuatæ sunt, foras per vomitum expellantur, si vomitum iubet fieri , illum imperat cũ aceto acerrimo effici , quo & partes lactis concreti poterunt extenuari & simul euomi, & sic est Rasius interpretãdus lib. 20. cont. dum vomitum in morbo

hoc

hoc prohibet, nulla erat igitur tatio, propter quam hi medici parum docti cæcutirẽt, & Dioscoridem à Gal. hac in re dissentire arbitrarentur, Galenus lib. 10. methodi cap. 11. ne lac in ventriculo concrescat, suadet vt parum mellis, ac salis cum illo misceatur, quod similiter facit lib. 7. eiusdem operis c. 6. & lib. de bon. & vitio succorum cap. 4. §. lac certe ne coaguletur in ventre epotant nõnulli illud addito melle, & aqua tertioq; ad hæc sale &c.

Sed dicent aliqui hac in re etiam Galenũ Dioscoridi videri subcontrariari, etenim Dioscorides in lacte omne genus salis detestatur §. sed nulla salsugo adijciatur Galenus vero non solum hic, sed etiam in lib. 3. de aliment. facult. cap. 5. lacti bis sal admiscet.

Occurrendum est Dioscoridem loqui de lacte iam in ventriculo coagulato, cui si immisceat sal, magis concrescet, Galenum autem loqui de lacte ante eius in ventriculo concretione, & hoc modo nulla est discordia, nullaque repugnantia, vt igitur ad pensum redeamus modicum vsum lactis, illiusque boni, & animalis ætatis florentis exposcimus, quoniam ex lacticinijs non solũ

morbi adducti oriuntur, sed etiam plures & multo magis si pisces cum his lacticinijs assumantur, nam ex eorum praua miscella, vt in præsentiarum docet Auicēna morbi permanentes hoc est longi, & diutini emanāt quemadmodum se habet lapis in renibus, & lepra, per quam poterimus intelligere lepram Græcorum, quæ leuis est morbus, & vernalis, vt tradit Hippocrates lib. 3. apho. 20. & Gal: meminit in cōment. Aui. tamen dū hoc in loco illius recordatur, per lepram non intelligit hanc passionem qua à persona non longe differt, sed eam, quam Græci elephantiasin nuncupant, cuius Galenus causas, & curationem recensuit o lib. 2. de Arte ad Glauconem ca. 10. & lib. de tumoribus præternaturam, hæc in Alexandria, vt tradit Galenus sæpissimè multos corripiebat, at in Germania & Mysia rarissime videbatur, morbus hic elephantiasis græcè dicitur, quia, qui hoc morbo corripitur teste p Galeno lib. 2. methodi carnem habet nigram, & tuberibus plenam, ita vt corio elephantis simillima appareat, eum depingit Galenus lib. de causis morborum capit. 7. & Paulus, q Celsus lib. 3. suæ materiæ medicæ cap. 25. & Auicenna fen. 3. quarti tract. 2. cap.

o Vide hic Manar. li. 7. ep. 2. cap. 15.

p Ga. li. 2. me. c. 2.

q Pau. li. 4. ca. 1. Aui. 3. 4. tr. 2. c. 15.

2. ca. 15. & Plinius præ Græcis, ac Arabibus longe melius hunc morbum describit, vt quisque studiosus apud illum in lib. 26. ca. 1. poterit intueri. Pli. li. 26. c. 1.

NEc in pulmento ponatur oleum, aut res vnctuosa, quæ in æneo stetit vase, nec comedatur assatura, quæ fuit assata super prunas retim, nam maxime solet lædere.

SCHOLIA.



PSVRDVM esset, si olei naturam ac temperiem paucis non perstringeremus, si quidem non solum apud nos, sed etiam apud alias gentes, apud quas in more positum est carnes cum ipso elixare teste Auerroe lib. 5. collectaneorum cap. de ouis, frequentissimus est eius vsus, Galenus lib. 3. de sanitate tuenda cap. 6. solum oleum quod ex oliuis extrahitur, propriè dici oleum, cætera vero per abusum sic posse nominari testatur, de eius [r] temperie ac natura inter veteres dubium fuit, nos tamen breuiter rem aperiemus. Galenus libro 2. [f] simplic. medicamentorum illud

r De olei temperie.

f Cap. 26. & c. 7. vide li. 6. simp.

illud temperatum esse testatur, quod etiam
literis prodidit lib.5. eiusdem operis : illud
bene nutrit, familiaritatem cum nostro cor
pore habet, vt scriptum apud Galenum lib.
de renibus cap.6. inuenimus: in eadem fuit
sententia t Auicenna in 2. lib. cap.530. mul
tas habet partes aereas ratione quarum faci-
li negocio igne absumitur, & ligna eo deli-
buta cōcremantur hoc Ga. asseruit li.2. sim.
& illud idē Ras. li.3. ad Al. c.23. significauit,
nec nō li.22. cōt. quemadmodū oleū bonū
possit explorari docuit u Gal. li.6. sim. medi
cament. Nec res vnctuosa, nec oleum in va
se æreo sunt reponenda, nam ex ære qualita
tem deleteriam, & venenosam possunt con
trahere, qua interiment, vt non solum hic
sed etiam in 2. canone x Auicenna consu-
luit in §. oportet vt caueatur vsus dimitten-
di illud in quo est salsedo, & amaritudo, aut
pinguedo sicut sunt olera, & carnes, aut
acetositas, aut dulcedo in vasis æreis, & bi-
bendi ex eis, ipsa enim transmittunt procul
dubio Zinariam, & zinaria est venenum Ra
sius y vir peritissimus & in re medica præ
stantissimus libro de venenis idem con-
silium tradidit, affirmat enim cibaria ex
eo venenositatem suscipere, cuius consilij
non

Vide fern.l.4. Phys.c.3. vbi monstrat ex omni re quæ inflammatur, oleum educi, & huius causa inflammari vide Galen.l.2. sim.22.& 25.
u Ga.li.6.sim. c.120.

x Au.in 2. ca. cap.235.

y Ra.li. de venenis.

non fuit oblitus Franciscus Sauanarola lib. suo de balneis rubrica 9. est calidum æs, & siccum Autho. Aui. loco citato, & has qualitates in 3. gradu retinet, nec contrarium scripsit [z] Gal. li. 9. methodi, nam illo loco etiam si æs frigiditatem habere dicat, non negat illud esse calidum, & caliditatem in illo frigiditate posse esse vehementiorem, sic cum esse ex Galeno multis in locis, & præsertim lib. 3 [a] Ep. & ex lib. 3. de sympt. causis cap. 3. & lib. primo aph. 14. constat vt interim alia magis communia testimonia nō afferamus, in ære, & æruginem, & florem, & squammam poterimus considerare, omnia hæc ad vsum medicinæ sunt admodum necessaria, inter se non parum distant, propterea *Dio*scorides lib. 5. suæ rei medicæ diuersa horum capita, & tractationes constituit, & [b] quomodo hæc fiant manifestè docet, vnde iam colligemus eos pharmacopolas, & medicos decipi, qui æruginem æris, florem æris esse putant, nam vt Dioscorides loco cit. & Plinius lib. 34. cap. 11. literis prodiderunt, flos æris est illud, quod sponte fuso ære, & in alias fornaces comportato cum flatu crebriore excutitur veluti squamma sed videtur tanquam granula, differt vero

z Gal. li. 9. me. c. 17.

a Gal. li. 3. ep. sec. 3 tex. 2.

b De ærugine vide Ga. li. 9. sim. & Aui. 2. li. c. 739 multorum lapsus.

ab ſquamma, quia ipſa fit dum æs percutitur, ſed ſponte proſilit flos, hic optimus erit [c] friabilis, & qui rubeſcit in attritu, & exiguis granulis veluti grana milij conſtat, ſub tilioris eſt ſubſtantiæ, quam ipſa ſquamma vim habet expurgandi, vt ex Dioſcoride lib. 5. cap. 43 depromitur, quam eandem facultatem illius ſquammæ Galenus attribuit lib. de theriaca ad Piſonem & libr. 13. ſimpl. medicam. & lib. de dinamidijs Galeno tributo, æris ſquammæ drach. j. & ſemis in mellicrato per os ebibitam nõ ſolum aquoſos, ſed pituitoſos humores euacuare ſcriptum legimus, ne tamen tali medicamento per os vtaris, conſulo, eſt enim periculoſum, & noxium medicamentum per os deuoratum, vt etiam diuiniſſimus Galenus [d] li. 13. methodi non ſiluit, partibus externis commode hæc poſſunt apponi, vt ex eodem [e] Galeno libro de oculis ſect. ſecunda, capit. octauo colligitur, & ſic eodem loco æris æruginem pro quibuſdam oculorum morbis laudat, quod pariter facit Dioſcorides libro quinto citato cap. 46. ſi edas cibos paratos in vaſis aureis, vel quorum decoctioni fuerunt adiunctæ laminæ aureæ vel bibas vinum, in quo laminæ vel

c Vide hic Aet. li. 14. ca. 24. & li. 10. c. 11. & li. 9. ca. 48.

d Gale. li. 13. met. c. 22.

e Ga. li. de oculis.

nouæ

nouæ monetæ auri, extinctæ fuerint multoties, bonam valetudinem cordi cito acquires, vt Arnaldus Villanouanus in suo de iuuentute posteritati scriptum reliquit, liquorem ex auro solido extractum corpus mira lætitia perfundere scripsit Georgius Agricola, & Vlstadius in suo libro, quem Cælum philosophorum inscripsit cap. nono.

Cibaria quoque diuersa à duabus impediũtur causis, vna est propter eorum diuersitatem in digerendo, & quoniam quod ex eis est digestum, ei admiscetur, quod non est digestũ, & secunda quoniam aliquis plus potest comedere ex vno cibario.

SCHOLIA.



Tradit quã prauũ sit multa, ac diuersa cibaria in vna mensa accipere, & inter multa incommoda, quæ poterant numerari, illud primum ac præcipuum puto, quod cum multa, eaque diuersa alimenta edimus, fieri nequit, quin cruda super indigesta, (vt aiũnt) nõ deuoremus, vnde tot obitus repentini, tot putridarum febrium genera,

 ema-

emanant: hinc tam multis in virenti ætate lippi, & caligantes oculi, tam multis manus tremulæ, & palpitantes articuli, oculi concaui, & subsidẽtes, genæ pendulæ, indecora caluities, corpus flaccidum, intempestiua pro ea æstate canities, graues halitus, dentes rubiginosi, & exesi, mens stupida, memoria labilis, ac infirma, quæ omnia, & plura non minora mala dum animo & cogitatione euoluo prudentissime lector, penitus obtupesco, & in hæc prorumpo.

Hinc animi caligo, & tanta obliuio rerũ
Tot subitæ mortes, atq; intestata senectus.

His de causis non immerito Plinius lib. 12. suæ historiæ cap. 53. homini simplicissimũ cibum esse optimum, coaceruationem vero saporum in vna mensa esse longe pestiferam asseuerauit, hanc alimentorum coaceruationem præ cæteris rebus magis coctioni aduersari Galenus etiam prodidit libro primo de rat. vict. in morbis acutis tex. 18. prope finem §. nihil enim ciborum coctioni, quam hoc ipsum aduersatur & cæt. & lib. quinto de sanitate tuenda cap. quinto hoc idem insinuabat ex quibus omnibus collige quanta detrimenta magnatibus, & principibus cæterisq; hominibus opipera, lau-

taque

taque conuiuia assidue vsitata conferre pos sint, in illis multa, & diuersa solent esse appa rata fercula, & proh dolor, vnusquisque ma ioris animi, maiorisq; roboris, & fortitudi- nis se esse arbitrat, quo plura ingesserit, qua in re & abusu nō tā in se ipsos sunt iniurij, quā in Deū opt. Ma. omniū nostrorū mune rū Authorē, ingrati, qui cū cibis nos in vitę & sanitatis tutelā vti voluit, illis in perniciē ac sanitatis panolethrian vtimur, illis nobis morbos accersimus, quorum præsidio erant profligandi, hi qui hominis dignitati ac præ stantiæ conueniens esse existimant se supra vires, & quam valitudo postulat, cibis obrue re, habeant quæso præ oculis illud, quod de Romulo lib. 11. cap. 14. scribit f Gellius, cu- ius laudata est olim temperantia, quem vo- catum ad cænam parcissimè bibisse referūt, quod postridie negocium haberet: & cum parcissime bibisset, conuiuatores ei subiece runt, si istud Romule omnes facerent vinū foret vilius; tunc ille, imo vero carius in- quit, si quantum quisque volat, bibat, nam ego bibi quātū volui. Egregia proculdubio fuit Romuli responsio, qua significauit cō- uiuia non ad intemperantiam, non ad luxū non ad profusionem debere esse constitu-

f Gellius.

 ta.

ta sed talia esse oportere, vt non solū in præsentia, sed etiā postero die iucūdę sint, Timotheum ferunt virum illustrem, ac honoratum Athenis cum apud Platonem cænauisset, eoque conuiuio ille admodum esset delectatus, atque ipsum vidisset postridie, dixisse dicitur, vestræ quidem cænæ nō solum in præsentia, sed etiam postero die iucundę sunt. Et non præter rem hoc protulisse Timotheū existimo, nam illud cōuiuiū ita debebat esse apparatum, vt menti negotiū, aut caliginem non induceret, quemadmodum sunt hæc, quæ apud multos hoc tēpore fieri solent, viri sapientes, ac ingenio, & prudentia præstantes conuiuiorum delectationem non magis corporis voluptatē, quam cætu, & sermonibus amicorum metiri debent, extat præclara Epistola Platonis Cicerone teste li. 5. Tusculanarum ad Dionis propinquos, in qua acriter luxum improbat, atque immodicos ferculorum apparatus insectatur, denique, vt receptui canamus, hoc vnum adijcimus, vt ferculorum coaceruationem, quam impense plærique insectantur, destruamus, quomodo iucunda vita esse potest, in qua abest prudentia, abest moderatio?

IN tempore quoq; antiquo, qui exercitabantur, iam fugierunt ab hoc, contenti enim erãt solius carnis comestione in mane, & solius panis in cæna.

SCHOLIA.



Vicenna in præsentiarum de cibatione hoc tempore consueta conqueritur, dicens, olim eos, qui exercitijs erãt dediti alio modo solitos fuisse cibari, etenim mane sola carne, noctu vero solo pane vescebantur, vtrum tamen hac in re Auicenna docte sentiat, ex ijs, quæ alibi disputauimus, iudicato te, ego enim arbitror Auicenam immerito cõqueri cum certum sit athletas, quos intelligit per eos qui exercitabãtur, & homines secunda ac integra valetudine fruentes copiosius cænare quã prãdere oportere, quod non fiet, si solo pane nocte nutrirẽtur, & nõ solũ hoc in sanis, & athletis, sed etiã in multis ægris efficere vtile esse iudico, quod multis rationibus poterit cõfirmari, sic Gal. nõ solum hoc in se ipso, vt constat ex lib. 5. de g sanitate tuenda, quo loco dicit solo pane mane cibari esse solitum, sed etiam in alijs qui morbo erant correpti, vt liquet ex lib. 3. de vict. ratione in acutis text. 15. & ex 2. eiusdem

g Gal. li. 5. de san. c. 7.

eiusdem operis tex.34.efficiebat, & quod Auicennæ sententiam clare destruit, Gale. ipse lib.7.methodi cap.6. in hæc prorumpit verba, At quoniam non solum quies, & somnus sed etiam longius tempus huius naturalem administrationem excipit, rationabile est, vt valentiores ciborum hoc tempore maxime offerantur, itaque sic athletę omnes faciunt, qui eum vsum non solum aliqua ratione inuenerunt, sed etiam aliqua lõga experientia comprobarunt &c. Rursus alimenti concoctio fit per somnum, ille nãque est qui omnes naturales operationes vegetiores reddit, si fides est habenda Auicen. 2.primi doct.2.summa prima cap.13. quod similiter fassus est Galenus lib.1.de sympt. causis cap.8.quare cum ita sit, vniuersalemque doctrinam tractemus, fatendum est melius esse pane matutino tempore, carne vero vesperi vesci, Auicennamque aut fuisse hallucinatum, aut vt etiã facit cõciliator differentia 121.particularem tradidisse doctrinam, & non vniuersalem.

ET in æstate quidem melior comedendi hora existit, quæ est frigidior.

SCHO-

SCHOLIA.


Vm in æstate plurimus abundet calor solis docente Gal.li. primo epidimion sect.1,tex.primo, & per id tempus calor ambientis calorem membrorum ad cutem euocet, par est, vt tunc nec bene coquantur alimenta, nec appetitus vigeat, ac floreat: Auicenna igitur his incommodis succurrere desiderãs documentum hoc cõstituit, quod præ manibus habemus, & illud multo ante nos docuit Galenus libro de dissolutione continui §. & melior horarum in accipiendo cibũ est hora frigiditatis propter aggregationẽ caloris naturalis in interioribus corporis, sed in hora caliditatis dimittaẽ oportet, quia caliditas aeris attrahit calorẽ naturalẽ ad exteriora corporis, & euacuaẽ ab interioribus, & debilitatur calor in interioribus corporis ad digestionẽ, & propter hoc est quod antiqui præferebant cænam prãdio Rasius vir multæ authoritatis in libro.4.ad Almansorem cap.4.in hæc descendit verba, quæ & Gal. & Auicennæ sententiam confirmant ac corroborant. Meliores quoque horæ ad

sumen-

ſumendum cibũ ſunt horæ frigidæ. Quod ſi horæ frigidæ eſſe non poſſunt, manſiones ſaltem frigidæ ſint, idem Author hic li. 25. cont cap. primo de hac re ſcripſit. §. melius tempus nutritionis erit frigidum, quia calidum malum eſt.

FAmem quoque tolerare ſtomachum replet quandoque malis humoribus.

SCHOLIA.



Anc eandem ſententiam Auicẽna ſupra literis inculcauit §. oportet, ne aliquis comedat, niſi poſt deſiderium, nec in hoc tardetur, cum deſiderium ebullierit, niſi fuerit mendoſum: nam tolerare famem ſtomachum replet putridis humorib⁹ &c. Similiter ſcripſit in hoc capite §. cholera rubea abũdantibus ex tolerãtia famis accidit, vt cholera rubea ad ipſorum aſcẽdat ſtomachos &c. Quę omnia elegantiſsime Galenus typis mandauit li. de diſſ. con. in hunc modum, & debet eſſe acceptio cibi in hora motus appetitus: propterea quod quando mouetur appetitus, & non incipit accipere cibum attrahit ſtomachus ex ſuperfluitatib⁹ corporis Raſ.

lib.

lib.25.con.c.primo in eadem fuit sent. §. si tardauerit tunc sumptio cibi, imminebunt malæ superfluitates &c.hac fame præsente est egregiũ cõsiliũ,nec minus salutare ante vomitũ cibos nõ assumere,nã si post famẽ, cui in hora debita nõ obuiasti,intra corpus alimẽta ingeras,cũ ventriculus putridis humoribus & excremẽtis sit cõspurcatus vicinia horũ excremẽtorũ,si non sint foras excreta,alimẽta quæcũq; corrũpẽtur,& maius continget dãnũ:si illa fuerit diutina nostri corporis substãtiã dissoluet teste Ga.li.3.de [h] san.tuen.ac dissipabit,& quemadmodum immodica vigilia,vt testis est fidissimus ipse Gal.li.4.aph.[i]& li.3.de rat.vic.tex. 17. corpus extenuat,ac emaciat,sic fames si longo tẽpore perseueret,quia natiuus calor nullo corpori alimento oblato agit in nostri substãtiã,ipsam absumens,dissipans,exsiccans, quod Hi.diuinissimus li.7.aph.59.significauit,quomodo vigilia plusquã oportet,facta corpora emaciet,Gal.lib.2.[k] aph.18.& lib. 12.methodi c.3.& lib.6.Ep.sect.4. demonstrauit. Hoc intelligens Ouidius li. primo de Arte Amandi sic cecinit.

h ga.l.4.de sa. c.8.
i Ga.l.4.aph. 2.
k Ga.l.2.aph. 18.
Ga.lib. 6.Ep. sec.4.tex.26.
l Ouidius lib. 1.Art.

Attenuant Iuuenũ vigilatæ corpora noctes,
Curaq;,& immenso,qui fit amore, dolor.

Amplius ſcire debes, quod alcubet, cum digeritur multi exiſtit nutrimenti, ſed tarde deſcendit, & in mouendo moram facit.

SCHOLIA.



Eralcubet, quia ſit intelligendum non ſatis conſtat: erat tamẽ vt aliqui interperrantur cibus ex carne aſſata conditus, hunc cum bene concoquitur, & à calore natiuo probè ſuperatur, multi eſſe nutrimenti, docet, tarde tamen deſcendere, & ex ventriculo, & partibus ſuperioribus lente moueri fatetur.

m Ga.li.1. aph.15.

Pro [m] huius loci explicatione aduertẽdũ eſt quod Galenus libro primo apho. diſtinguit multũ nutrire à facile nutrire, etenim multum nutrire dicuntur illa, quę humidũ craſſum reponunt, & difficulter diſsipabile vt vaccina, & ſuilla caro: facile vero nutrire ea appellantur, quæ cito vertuntur in ſubſtantiam aliti, facile tamen diſſipantur, vt atiam præter locum citatum lib.7. methodi cap.6. ipſe Galenus memoriæ tradidit, & li. primo [n] de alim. facult. c.23. de lupinis, & lib.

n Ga.li.de ali c.23.

lib.3.eiusdem operis cap.31.de piscibus du ræ carnis.§.si quidem tunc concoctio &c. quæ distinctio legitima est, & ea Auicenna vt oportet certè minimè vtitur, quod credo magis interpreti latino° quam ipsi Auicennæ esse tribuendum & quod Auicenna sic non loquatur, nec hanc ad amussim distinctionem scripserit, clarè constat ex. 2. primi doct.2.cap.15. prope finem, cum scribat oua, & vinum multum nutrire & facile concoqui, illic per multum nutrire non intelligit id, quod Galenus intelligit, nam in via Gal. fieri non potest, vt aliquod nutrimẽtum multum nutriat, & facile concoquatur, adeo vt verum sit dicere apud Galenũ & Galeni sequaces hoc multum nutrit, ergo difficulter concoquitur, sed intellexisse arbitror per multum nutrire secũdum multas sui partes verti in substantiam aliti, & dũ in præsentiarum docetur, alcubet multum nutrire, non intelligas secũdum multas sui partes in substantiam aliti transmutari, sed quod cibus hic humidum reponat crassum & difficilis solutionis, quemadmodum solent efficere nutrimenta assata, & carnes assæ de quibus Aui. sermonem faciens in. 4. primi cap.20.& in.7.quarti tract.quarto ca.

° Taxatur interpres Tui.

2. illud idem, quod de alcubet, proferebat. In qua sententia non solum fuit Auicenna locis citatis, sed etiam Rasius libr. 3. Ad Alman. cap. 12. & Galenus multò ante lib. 4. de ratione vict. text. 102. & multo magis hoc efficiet caro hæc si cum nidore fuerit assata, vt ex Gal. lib. de puero Epileptico c. 5. colligitur, hæc quæ est assata magis exsiccat, quam elixa, vt author esse potest Galenus lib. 11. simplicium, & Hipp. lib. de salu. dieta §. æstate nutritioni, & cæt. magis tamen nutrie tassa quam elixa, quia docente Arist. lib. 4. Metho. com. 24. assa in exterioribus sunt sicciora, & in illis calor ignis poros constringens non permittit humidum euaporari, sed intus illud recondit, vnde fit, vt magis assæ mutriant quam elixæ, quæ ferè omne humidum, quo nutrire debebant inter elixandum deposuerunt, & sic non immerito Isacius libro de vniuersalibus diet. cap. 19. commodè assatas carnes multo magis nutrire asseruit, vnde iam colliges locum apud Celsum p lib. 2. sui operis cap. 18. esse corrigendum, vbi contrarium legitur, caue tamen, ne caro assetur submergendo, quæ suffocata nuncupatur, vt fit in crustulatis, vulgò pasteles, hæc enim

p Celsus. refellitur.

perniciosa

perniciosa est, vt egregie Auicenna in 6. 4. tract. 2. cap. 11. & Rasius lib. 8. capitulo. 27. suis in scriptis inculcarunt, ex quo arbitror Hieremiam Brachelium q lib. de victu pri. Hippocratis in Comment. qui incipit, æstate nutritioni aptissima sunt, hallucinatum esse, dum credit carnem incrustatam inter elixam, & assam mediam naturam retinere, ex ijs etiam, quæ dicta sunt, depromi potest, macras carnes, quia siccæ, non esse assandas, sed elixari conueniens esse, cum aquæ, aut liquoris affinitate multum de humido acquirant, sic carnes pingues meliores sunt, si assentur, quod Isacij fuit consilium lib. de vni. diet. cap. 34. & Aristotelis summi philosophi lib. 20. problematum problemate 5.

q Brachelius carpitur.

Etsuraben est nutriens bonum, & cum in ipso fuerit cæpa, ventositates expellet, & cum aliquid cæpæ non fuerit, commouebit ventositates.

SCHOLIA.



Apheam intelligit, quæ duplex est, vt multi Arabici litteris tradiderunt, nec Gentilis hoc loco ignorauit: Altera est viridis,

altera alba, quæ fit vt in synonymis scribit, ex sola aqua, & carne, viridis ex eisdem, sed simul cum herba coriandro conficiebatur, hunc cibum bene nutrire docet Auicenna illique aliquid cæpę esse iniungendum, vt & appetitui fiat gratior, simulque calore cæpæ omnis halitus & flat⁹ dissipetur, est enim cæpa teste Galeno lib. 3. de aliment. facult. cap. 71. alimentum admodum calidum, humores crassos extenuandi, lentosque incindendi facultatem habens, quod similiter scripsit Auicenna [r] in 2. canone, tract. 2. & adeo in illa hæc pollet vis, vt non immerito Galenus lib. de dissolutione continui inter acria edulia illam recenseat: quod literis etiã inculcauit lib. [s] de attenuante victus ratione, & lib. de causis morb. ca. 6 & hac de causa ipse [t] lib. 5. de sanitate tuenda calorem cæpas largiter comedentium acrem, & mordacem esse decernit, gustum commouet, & appetitum, vt testatur lib. 4. de simp. medicamentis, & sic libr. de victus rat. attenuante cap. 3. in cibis cæpas, & coriandrum præparari pro delicijs ille scriptũ reliquit, nihilominus etsi elixetur, praua est, & prauũ succum gignit, vt apud [u] lib. de bonitate & vitio succorum assertum reperies cap. 8. §. stirpium

r Aui. in. 2. cã. trac. 2. c. 119.

s Ga. li. de atten. vict. c. 2.

t Gal. lib. 5. de san. c. 11.

u Gal. libr. de bo. & vit. succ. c. 8.

piũ radices, quæ oleraciæ sunt, si quæ acres fuerint, vt cęparum, porri, allij, radiculę, dauci malæ omnes &c. & lib. 6.[x] simp. medi. cum in. 4. calorem obtineat, vt ex Auic. in 2. can. cap. 123. & ex Haliabbate in lib. 5. ca. 17 constat, si partibus externis apponatur cutem rubram reddit, eamque exulcerat, vt præter experimentum [y] Gal. inculcauit, & vt testis Auerrous, lib. 5. collectaneorum orificia venarum in ano aperit, & fluxum sanguinis ex hæmorroidibus concitat, quia cũ carnes mordeat, Galeno sic asserente lib. 4. simplicium medicamentorum, præ dolore, & morsu orificia venarum referantur., hac mordacitate, & calore cum sit prædita, si coram scindatur, oculos tam vehementer lancinat, & exagitat, vt lachrimas cõmoueat & oculos præ molestia velociter claudere cogat, vt quotidiana ostendit experientia, & Arist.[z] testatur sectione. 20. problematũ probl. 22 hac eadem acrimonia succus illius, si per nares instillet, caput expurgat, vt Galenus[a] lib. de catarticis medicamentis, & Dioscorides lib. 2.[b] sui operis cap. 144. asseuerarunt, & Rasio scribente lib. 3. ad Al. cap. 18. dolorem capitis generat, si largiter comedatur, lethargumque procreat, & in-

x Ga. lib. 6. sim. c. 80.

y Gal. li. 3. de tem. c. 3.

z Arl. sect. 20. prob. 22.

a ga. li. de medi. catarticis.

b Dioscorides li, 2. c. 144.

tellectui tenebras offundit, & bilem porraceam, ac viridem, qua ventriculus sæuè afficitur, generare aliquando solet, vt ex Galeno [c] lib. 2. prognosticorum depromitur §. constatque vt hæc sæpè numero in ventriculo gignatur propter quorundam cruditatem esculentorum, qualia sunt cæpa, brassica & cæt. ex quo loco ansam multi arripuerunt dicendi porraceam bilem, nõ semper à caliditate sed aliquando à frigiditate ortum habere, qua [d] in re vera decernunt, nec Galenus si rectè intucaris, id vnquam negauit, nec hoc alicui difficile videri debet, cum Aristo. [e] decreto viridis color libro de sensu & sensibili cap. 4 ab excessiua caliditate fiat, & sic aliquando ab externa frigiditate nasci valet, quod apertissimè Galenus [f] lib. 1. prognost. 7. cõment. 7. fatetur §. veteres enim assolent ita nominare nonnunquam pallidum colorem, interdum, vt plærique brassicam, & lactucã chloras. i. virides nominant, qui quidem color nigrior est quam rubeus, est. nanque tanquam initium quoddam nigri, liuidique, quem frigus efficit, quemadmodum & ipsum etiam nigrum colorem efficit & cæt. ostendunt præterea id veritatẽ retinere pa-

c Gal. libr. 2. pronosti. 39.

d Vera est opinio eorum, qui dicunt bilem hanc à frigiditate posse oriri.

e Arist. lib. 1. de sen. & sen. cap. 4.

f Ga. li. 1. prognost. tex 7.

rietes,

rietes, quos cum sol non illustrat, & in opacis locis sunt siti, virides muscos generant. Non est igitur negandum bilem hanc porraceam à frigiditate posse oriri, quæ cùm ita gignitur absq; symptomatibus, cordis pressuris, animi angustijs per os reiectatur, quæ mala inducit, dum à calore proficiscitur, vt annis elapsis in nõnullis febricitantibus fieri notaui, hæc vomitio in morbis ferè semper est exitiosa, significat nanque aut caloris natiui extinctionem, aut omnem humiditatem à calore esse exustam, quorum vtrũque necem minatur, vt ex Ari. li. g de morte, & vita cap. 3. & Galeno lib. 1. Aph. colligitur, vnde merito existimo Vegam dixisse hanc bilem h vt à calido sic à frigido posse generari, quam opinionem dum peritissimus neotericus destruere conatur, procul dubio aberrat.

g Arist. lib. de vit. & mort. c. 3. Gal. lib. 1. Apho. 13.

h Taxatur nouissimus quidam.

EX hominibus præterea sunt, qui existimãt vuas post capita assata vtiles existere, sed non est quemadmodum existimant, imo vehementer sunt malæ, & similiter nabit, sed & comedenda sunt talia, qualia sunt grana mali granati, absque suis ossibus.

SCHOLIA.



ON desunt multi, qui in alimentis ingerendis nullum ordinem seruandum esse autumant quorum sententiam sæpius, ac sæpius Auicenna in isto opere videtur, refellere, & nos parui facimus, ac contemnimus, cum & veritati, & Galeno ipsi aduersetur, qui quidem in lib. 2. [i] de alim. facult. cap. 11 hæc literis exarauit, satius enim fuerit scire ex ijs cibis, qui ad excretionem incitãt, posteriores tardius sumendo, qui tarde permeant, omnium autem primos, qui celeriter quidem peruadũt &c. & infra in lib. eodem cap. 19. nec non lib. de dissolutione cont. idem repetit, tanquam admodum vtile, ac necessarium, quę nãque sunt vtilia, nec ipse Hipocrates indignatur repetere, vt de illo scripsit Gal. libr. 5. aphorismorum cõment. 64. hac igitur de causa Aui. eos increpat, qui vuas, quæ sunt humidæ, post alimenta crassa, ac stiptica assumebant, non intelligentes ea crassiora, durioraque obsonia, humidis, & lubricis, facileque labentibus alimentis vias præcludere

i Ga. lib. 2. de ali. fa. c. 11.

quos

quos non obiurgaret profecto, si trabit, cuius hic meminit, quod, vt tradunt Arabes, non erat aliud quam potus ex dactilis, & ficubus paratus, præacciperent aut grana mali granati ossibus denudata,[k] nam ossa illius interiora teste Auicenna, in. 2. canone trac. 2. sunt astringentia propterea Dioscorides[l] Anazarbeus multo ante lib. primo sui operis hæc protulit, nuclei acinorum acidi punici in sole siccati & obsonijs inspersi, coctive, fluentem aluum, stomachumque sistũt, cęlesti aqua madescunt, bibunturque commode sanguinem excreantibus, ad decessus dysentericorum, fæminarumque fluxioni vuluæ laborantium vtiles sunt.

k AuI. in 2. cã. c. 320.

l Diosc. li. 1. ca. 126.

Mali granati plures sunt differentiæ, vt clarum euadit ex lib. 3. de compositione medicamentorum sec. loc. & ex libr. 6. eiusdẽ operis, nec non ex lib. 2. de alim. facult. ca. 24. quod dulce est, si creditur Auicennæ loco citato frigidum est in primo & humidum acetosum frigiditatem siccitatemque in 2. gradu obtinet, bilis cursum, & cæterarum superfluitatum ad viscera cohibet, Muzum mediam naturam sortitur, magis stomachum iuuat quã citonia, & acute febrientibus potest exhiberi, magis quam dulce,

quod sepè testante Auicenna, acutas febres patientibus nocet, inflammationem, & sitim parit, vt Rasius asseruit lib.3. Ad Alm. cap.20. guttur tamen dulce, & pectus lenit, & sic in pleuritide non illũ abnegat Auicenna fen.13.3. tract.5.cap.2.§. Quidam autẽ prohibuerunt granata propter infrigidationem eorum, sed apud me in his, quæ dulcia sunt, non est malum & cæt. cætera punica, & acetosa & Muza quantum valeant ad stomachum firmandum non solum [m] Gale. ostendit lib. de bonitate, & vitio succorum sed etiam Hippocrates demonstrauit, quando lib.2. Epi.sect.2. in principio hæc litteris consecrauit. Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malum est sedatum quam polenta succo punici aspersa semel in die vteretur, reliquis cibis abstinens, nec amplius vomitu reijciebat, qualia Cherion Charitonis filius, huius experimenti recordatus Gal. li. 10. Methodi cap. 3. iuuenem febricitantẽ cibasse alica succo mali punici confecta tradit, esseque malum punicum bonum stomacho asseuerat, quia ipsum roborat adeò, vt humorem in eius tunicis contentũ expellere posit, hac de causa, Auicenna fen. 13. 3. [n] tract.5. cap.6. sic legit. Et ex eis, quæ in potu

m Gal. debo. & vit. succ. c. 8

n Aui. fen. 13. 3. tr. 5. c. 6.

potu tribuuntur ad conturbationem stomaticam est fauic de ordeo , contritum, propriè cum granis granatorum , & cæt. Quæ acida sunt in dulcia vertẽtur, o si eorũ radici porcinum, humanum ve letamen cũ vrina multis asseruata diebus apposueris: squilla arbori applantata facit, nè fructus in arbore diffidantur & seruantur mala punica contorto in arbore pediculo: aut si creta inducas cum aqua temperata, & postea siccãda, soli exponas, idem facies, si aqua ebullienti immerseris, & tunc per octo aut decem dies desiccaueris ad solem. Illud tamen hoc loco non est prætemittendum Theophastrum, Dioscoridem, Paulum, Atque Ætium flores mali punici duobus nominibus appellasse, balaustium, & cytinum, cæterum p Dioscoridi cytinus mali punici domestici flos est, balaustium verò flos est, quem Syluestris arbor producit, at Plinius q lib. 13. sui operis capi. 17. cytinum mali punici florem, tam domestici, quam Syluestris appellat, dummodo non sit apertus: balaustium vtriusque florẽ, qui apertus sit, vt etiam Plinius idem demonstrauit libr. eodem 13. cap. 6.

o Vt granata acida in dulcia mutentur.

p Quid sit Diosco. cytin⁹ & quid balauſ.

q Quid hæc sint Plinio.

SCire quoque debes, quod tabin est sicca, & ventrem stringens, sed pullus est humidus, & ventrem soluens.

SCHOLIA.



ADmirabile est Dei optimi Maxim. opificium auicula hæc, vt tradunt Arabici interpretes dentes habet in palato, temperamenti est sicci ac proinde vi astringendi eius caro prædita est: in dysenteria, & fluxu ventris inopportuno non parum idonea, aliquantulum minor est hæc virtus in illa astringẽdi quam in perdicibus, de quibus loquens Auicenna [r] in 2. cano. cap. 186. & in fen. 14. 3. tract. 5. cap. 21. pro hac re illas commẽdat quem Auerroes [s] imitatus est lib. 5. collect. & eandem vim, & facultatem illis concessit, nec Rasius [t] oppositum sentit lib. 4. ad Almãsorem, nec non lib. 23. cont. cap. 703. pulli perdicum maiori pollent siccitate, quam pulli huius auiculæ tabin, etenim hi vt docet Auicenna, humidi sunt, & ventrem soluentes, illi vero docente Rasio loco cit. tantum abest, vt ventrem

r Aui. fen. 13. 3. tr. 5. c. 21.

s Auerr. 5. coll.

t Ras. li. 4. ad Alm. c. 10.

trem soluant, quin potius illum cohibent, quanuis ratione ætatis non tantam habeant siccitatem, vt omnes pulli & animalia recẽter orta humiditatem non exiguam sortiũtur, vt ex Galeno lib.3.de aliment. facultatibus cap.19.docti omnes euadimus, hac humiditate vias reddunt lubricas & humores ad fluxum paratiores efficiunt quod nõ faciunt animalia antiqua, quæ tractu temporis, quanuis ex sua natura fuerint humida, siccum temperamentum adipiscuntur, quo constringunt, hanc siccitatem & si galli decrepiti & admodum vetusti obtineant, verũ tamen nescio quam nitrositatem temporis cursu, & tractu adquirunt, vt cum deberent ventrem coercere, illum ad fluxum prorítant, ac exsuscitant, vt Mesues suo de simplicibus medicamentis, & Auicenna in 2. canone cap.296.scripserunt, & multo ante Galenus asseruit lib.3.de simp.medica.fac. & lib.11.eiusdem operis, & lib. de theriaca ad Pisonem cap.4.& lib.de dissolutione cõ. Nec illud Amatus siluit in prima cent.suarũ curat.curatione 52.& nos sæpe in pueris, & in colica laborantibus vtiliter sumus experti ius illius administrantes, cum polypodio, sena, & alijs apparatum.

Ex

EX gallinis vero assatis melior est, quæ in ventre agni, aut hædi assatur, quoniã eius conseruatur humiditas.

SCHOLIA.



AS sationẽ, & ventriculo & ori alimentum præparare docuit Gal. li. de bon. & vitio succorũ ca. 5. & hac de causa gallinę si assentur in vẽtre agni, aut hædi, de quibus ipse Gal. egit loco cit. cap. 6. suam humiditatem conseruant, magisque possunt nutrire, & humectare, quam si simpliciter assarentur, cum omnia assata magis exsiccent, quam elixa, vt constat ex lib. 3. de alim. facul. cap. 19. & lib. 11. simplicium, gallinæ caro teste Auicenna libr. 2. can. tract. 2. cap. 296. melior est eius, quæ nondum parit oua, memoriam adauget, intellectum puriorem reddit, quod cum Auerrous sciret, libro quinto coll. hanc carnem cæteris volatilibus præponere ausus est, dicens illam habere miram facultatem in temperando humores, leprosisque ius gallinæ optimum esse medicamentum, in qua sententia fuit

Rasius libro quarto suorum aphorismorũ plurimi est nutrimenti, vt etiam testatum reliquit Isacius libro part. diæt. hoc cum Galeno esset exploratum libro de atten. victus ratione cap. octauo voluit carnes gallinarũ modice esse mãdendas ab illis, qui non exercentur, sed in ocio, & quiete viuunt, plurimi nutrimenti esse has carnes depromi potest, ex eodem Galeno lib. 3. de alimen. facult. capit. 19. §. phasianorum quoad coctionem & nutrimentum attinet, gallinis similis, voluptate tamen in edendo superat, & cæt. & cum fere in omnibus volatilibus ventriculus sit durus, & crassus, & ob id ægre concoquatur, tamen gallinarum optimus, ac præstantissimus habetur, si credendum est Galeno libro de bonitate, & vitio succorum capit. sexto §. auium, & pedestrium animalium ventri nihil conuenit, & reliqua, eiusdem ventris gallinarum, tunica pro stomaticis laudatur apud Galen. libr. 11. simplic. & non minus extollitur ad [u] sistendam exuberationem vrinarum, libro de Remedijs paratu facilibus ad Solonem capit. 44. gallinæ cerebrum ad morsum animalium venenosorum salutare est remedium, idem faciunt

u Folio mihi 80. Dios. lib. 2. cap. 42.

carnes

carnes gallinæ nuper occisæ, si morsibus imponantur, obsistunt enim omnibus venenosis, & curant præter aspidis morsum, vt Galenus medicus diligentissimus ex antiquissimis Authoribus posteritati consecrauit libro secundo eiusdem operis cap. 59. non solum ius gallinarum elephantiasi laborantibus medetur, sed etiam illis, qui herbã coriandrum viride gustarunt, aut Aconitũ sumpserunt, vt scriptis traditum reperies lib. 2. de Ant. quemadmodum galli testibus priuantur, sic etiã gallinæ illis possunt priuari, verum quod temperamentum illæ his partibus denudatæ sortiantur, non legimus scriptum solum Michael vir doctus ac peritus, vt refert Antonius Gozius Patauinus cap. 90. sui operis præclari, de illis sic prodidit, febrientibus magis conferunt gallinæ castratæ iuuenes, nec miretur quispiã de castratura earum, nam de ipsis habeo domi, & sine dubio caro earum est albior, & melior & frangibilior, & fere statim decoquuntur, & teneræ fiunt, & esui sunt delectabilissimæ, remque istam, vt expertam scribo, hæc Michael, & quod hoc verum possibileque sit apparet ex lib. primo de spermate cap. 4. §. ita autem, & fœminini animalis testiculos

si abs-

si abscindas, nec lasciuit vnquam, nec adh
ret masculo gratia communicationis vene
reorum, & perdit, vt vtique dicat quis fo
mineitatem &cæt. gallinas Indicas Aphr
canas dictas, quas Græci Meleagrides app
lare solent, carnibus phasianis anteponur
Doctores Romæ, vt scribit Amatus in C
turia 3. curatione 87. habentur, & om
nium auium carnes facile superant. Adria
næ pariunt quotidie, paruo sunt corpore
ferociunt tamen, & pullos sæpe interimũt
vt Author est Arist. lib. 6. de hist. animali
cap. primo quæcunque sint, si marem eui
cerint præliando, cucurriũt, & exemplo ma
rium tentant, superuentu coire, crista etiam
caudaque erigitur, nec facile est, an fœmi-
na sit, agnoscere, nonnunquam etiam calca
ria parua enascuntur illis, testante Arist. li.
9. de hist. animalium cap. 49. pulli gallina-
cei parui cæteris auibus sunt præponendi,
vt est docta Zoaris gloriosi opinio li. primo
sui theisir tract. 9. cap. 7. ius pulli magis attẽ
perat quam gallinarum, sed hoc magis nu-
trit, quam illud, vt etiã colligitur ex Isacio
libro de part. diæt. nuperrime editi in lucẽ
mucosi sunt, ac superflue humidi vt patet
ex lib. 3. de aliment. facult. cap. 19. sæpe cita

to vide Diosco. idem libr. 2. sui operis capit. 41.

HÆdus præterea cum fuerit frigidus, erit melior, propterea quod eius quiescit vapor, & agnus cum est calidus, erit melior, quia ipsius malus odor resoluitur.

SCHOLIA.



AGnorum carnes lactentiũ fugiendas esse cõstat ex ijs, quæ à nobis in hac repetitione sũt literis exarata, etenim existũt, vt est Author Ga. li. de bon. & vitio succorum cap. 4. & lib. 3. de alim. fac. cap. primo admodum humidæ, & viscosæ & propterea vsui ineptissimæ, quod etiam voluit Haliabbas li. 5. suæ theoricæ cap. 21. & si hoc in loco Auic. tradit, quomodo illis sit vtendum, intelligendus est proculdubio de annualibus, quoniam postquam iam annum aut prope ad illum accesserunt, in vsum possunt trahi, si quidem cum eam ætatem retinuerint, multum de humiditate superflua amiserunt, & sunt factæ nostræ naturæ familiariores, quemadmodum

dum ex Gal. desumitur lib. de renum affectibus, medicatione cap. 6. & ex lib. de remedijs paratu facilibus quod non minus sensit Isacius in lib. de vniuersalibus dietis cap. 14. §. caro agnina annualis calida est, & eius siccitati dominatur humiditas superflua & cæt. nec Rasius libro. 23. cont. cap. 703. & Auicenna in secunda primi doct. 2. cap. 15. contrarium fuerunt opinati, ex quibus colliges horum animalium carnem esse meliorem, quo in locis calidioribus fuerint enutrita, & multo præstantiorem succum generabunt, si calente iam aere comedantur, ne viridem quendam succum lentum, mucosum corruptioni obnoxiũ generent ex quo putredines, & febres malignæ sæpe pullulare solent, & præcipuè si esu herbarũ illæ carnes fuerint deprauatæ aut in vetriculo aliquid si viciosi succi offẽderint, cui corruptioni magis resistũt, si tostæ comedãtur, quã aqua coctę, & eo magis si Aui. credentes calidiusculæ assumantur, quia dũ sunt calidæ vapores, & halitus exeũtes dissipantur, & calore omnis viscositas abscindit, cõtra tamẽ hædinæ sũt gustãdę, vt docta est Auic. sent. nimirũ frigidæ, vt fumi acuti, qui sunt in eis ex matre quiescãt, quod præceptum forsan

Auicenna ex Hippocrate est mutuatus lib. 4. de ratione victus, dum loquitur de caprinis carnibus tex. centesimo.

Zebrabegi vero cum calefactis datur, oportet, sit in eo crocus minime, sed non calefactis, sit in eo crocus.

SCHOLIA.



Zebrabegi genus erat cibarij, quod interdum croco apparabatur, qui calidæ erant naturæ sine croco, frigidis cum croco condiri solebat, ne corpus suo calore incenderet, calidus est in 2 gradu, & siccus in primo Authore Galeno libr. 7. de compositione secundum locos, nec non Auicenna illud idem asserente in. 2. canone cap. 130. cum sit siccus, stipticus censetur, verum caliditas in eo maior est sua stipticitate, & propterea asseruit Galenus lib. 4. de compositione secundum locos, & libro. 5. methodi cap. 5. modice astringere, quod pariter in eodem lib. cap. 7. assertum reliquit: & libr. 14. methodi cap. 16. Dioscorides lib. primo sui operis cap. 25. de illo sic literis tradidit,

didit, proculdubio vim habet concoquendi, emolliendi, atque substringendi, vrinam cit, elegantem calorem præstat, qui ex passo biberint, crapulam, non sentient, oculorum fluxiones illitum cum lacte humano cohibet, & cæt. & paulo infra subdit ex croco vnguentum parari, quod crocomagma vocant, & facultate præditum esse delendi oculorum caligines, Galenus in libro de simplicibus medicam. sibi tributo caput de hoc medicamento conficit, eiusque compositionem, vires, & facultates describit, quæ omnia existimo à Dioscoride desumpta fuisse, cum vterque in hunc modum scribat, fit etiam expressis crocini vnguenti odoramentis, & in forma digestis, quod crocomagma vocant, optimum est odoratumq; modicè myrrhā olens, graue, nigrum, ligni expers, leue, subamarum, quod calefactum croci colorem reddit, gustatumque vehemēter, dentes inficit, linguam submordet, vires quoque & ipsum crocū repræsentat, & cæt. eandem descriptionem traditam esse reperies apud Galenum lib. 2. de Antidotis, & quod crocus ipse ad oculorum dolores optimum sit medicamentum ex Hipp. cōstat lib. 4. de rat. victus coment. 123. & ex Galeno

no lib.4.de compositione secundum locos vbi illum cum lacte humano, quemadmodum Dioscorides pro eadem intẽtione laudat, Galenus lib.2.eiusdem operis refert, se croci odore capitis dolorem pati, quod alijs efficiet, si in multa quantitate fuerit assumptus,& non solum hoc præstabit, sed etiam menti, ac intellectui perturbationem ingeret, appetitum deijciet, secus tamen faciet, si in modica quãtitate capite debili nõ existente, cibarijs fuerit commistus, vt Gal. lib.5.simp.ca.19.& lib.3.de tem.cap.3. demonstrauit, vnde colliges x Manardum peritissimum hallucinatum fuisse: qui quidem in lib.18.Epist.Epis.prima voluit contendere nullo modo in pestilenti constitutione esse croco vtendum, dicens appetitum subuertere, cerebrum lædere, quæ quando crocus possit præstare, iam vobis ex ijs, quæ diximus, patebit.

x Refellitur manardus.

Allnes quoq; sicut pheludẽ licet ex sucharo fiãt sũt malæ, propterea quod oppilationes faciũt & sitim.

SCHOLIA.



Ræceptum constituit de dulcibus confectionibus, aitque illas omnes, quanuis ex sacharo fiãt, iecur obstruere, sitimque procreare,

creare, & iure quidem, nam dulcia in bilem prompte mutantur, vt est docta Gal. sententia li. 2. de facul. natur. & lib. 3. de rat. vict. in morbis acutis coment. 2. §. quæ autem huiusmodi bilem procreant, sunt calida & sicca temperamenta ad cuius generationem idonei sunt, & dulces omnes humores &c. Bilis autem quod sit causa siccitatis & sitis deducitur ex Galen. & Hip. y libro quarto aphorism. & lib. primo Epist. sect. 3. tex. 23. ægroto 6. in his verbis, simulque redundantem succum non esse biliosum, & calidum his significabatur, nam ab eo quidem sitibũdi & insomnes efficiuntur, idem libro primo de sympt. causis cap. septimo inculcatum legimus, hæc fuit causa, ob quam ipse Galenus lib. 2. de rat. vict. cit. à melle & dulci vino, cæterisque dulcibus picrocholos abstinere voluit, quia in his naturis própe tissime in biliosum humorem dulcia conuertuntur, & non exiguam sitim generant, vt patet ex §. præterea, & siticulosa sunt, hac re quod facile bilescant, commonstrantia, & cæt. Nec alterum malum, quod inducunt, est exiguum, nimirum periculum obstructionum in visceribus, quo solo perterriti à

y Hip. li. 4. 19.

à multo dulcium esu cauere debebamus, vt significauit Galenus [z] lib. 12. Metho. huiusce incommodi, quod ex dulcibus sæpè assumptis solet emanare idem Galenus elegantissimè, vt plæraque omnia, tradit rationem lib. 3. de ratione victus in acutis textu. 11.

z Gal. lib. 12. Metho. c. 14.

Amplius scire debes, quod impedimentum panis, cum non digeritur, est multum, sed carnis nocumentum, cùm non digeretur, est minus hoc.

SCHOLIA.



CARNES cum non digerũtur à calore nostro, quia nobis sunt familiariores, quam panis vt significauit Galenus libr. 2. de alim. fac. cap. 6. minus solent nocere; & impedimentum quod ingerunt, minus illo censetur, quod à pane suscipitur, & facilius corrigi potest, quia carnes, quamuis magis nutriant, quam panis authore Galeno lib. de venæ sectione aduersus Erasistratum cap. 8. tamen, vt nutrimẽtum illud breuiori durat tempore, sic nocumentum, si quod intulerunt, citius sustollitur, cum tenuiorem succum quam panis

præbeant,

præbeant, qui admodum solidum firmumque nutrimentum cùm pariat, difficilius cõcoquitur, elaboratur, & si supra vires assumatur, grauioris noxæ solet esse causa, adeò, vt iam vulgo dicatur, omnium rerum saturatio mala, panis pessima, hinc est quod in tẽpore hymali cum calor natiuus sit vegetior, vt depromitur ex lib. 1. Apho. 15. panis, qui eum calorem exposcit, comedi plus libet, & hoc idem innuit Hipp. lib. de victu priuatorum cõment 2. Quo loco voluit tempore hyemali magis esse comedendum, vnde nè aliqui imperiti ansam arripiant dicendi posse tunc homines pane expleri cæterisque cibis, nam hoc magis est belluarum quam hominum, Auicenna illud vt reliqua, quæ hic continentur, præclarè aduertit. Hoc intelligens Plato, & Athenis cum esset de Dionysij victus ratione percontatus, respondit vidisse mõstrum bis saturum in die. Regem Cyrum maiorem ferunt nunquam sine appetitu accubuisse, nunquam surrexisse saturum. At quid faciet homo lumine fidei illustratus, qui [a] non potest saturari, nisi cum apparuerit gloria Dei? cui sit soli gloria & honor in infinita sæcula sæculorum. Amẽ.



a Psalm. 16.

FINIS.

SALMANTICÆ.

Excudebat Michael Serranus de Vargas. Anno. 1594.

